2 ſic boni Principis munus p̄ſtat fraudes abolendo,& iuſtitiam tuendo,talia enim ſemper eſſe debent principis mãdata, & quæ nõ ſunt cõtraria vtilitati publicæ, & rationi naturali maxime ſunt laudanda Oſaſc. deciſ.88.nu. 4. quare bene præſens Capitulũ fraudes tollit, & variam naturæ quaſi profluentem nouitatem reformat, ꝙ ſpectat ad curam Principis potiſſimis rationibus tàm regnãdi, quã bene regendi populũ ſibi commiſſum, & in hoc puncto nos ſumus in caſu Bartoli in authentica,vbi determinatus ſit numerus clericorum §.1.vbi dicit litteris Imperialibus nõ
3 paretur, ſi illæ contineant cauſã irrationabilem. Verb. ex cõi Conſilio Procerũ,& Conſiliariorũ,nota, ꝙ per ſapiẽtes Reges regnãt, & legũ conditores iuſta decernũt,hinc introducta,& inuenta ſollẽnitas illa, q̃ in iure appellatur interinatio, ſcilicet vt lex, & conſilium, factaque Principum cum voto, tam in publicis, quam in priuatis cauſis procedant Sol. in antiq. Conſtit. Sabaudiæ,gloſſ. 2.num.42. in proemio, regio enim more, & bono principe digno noſter Dominus Rex ſe habet in preſenti capitulo; quod licet breuiſſimum ſit, attamen plura pretioſa continet inſtar gẽmæ, vel vnionis paruitatis maximum cum ualore coniunctæ.

Ad Capitulum VI. eiuſque Commentarium obſeruatio ſexta.

1 IN pluribus concordat, & in pluribus diſcrepat ab vtroque iure veluti in cap. de cauſis extra de off. de leg.& l.minor, 25. annis ff. de minorib. concordat etiam cum alijs duobus capitul. Ritus 110,& 111. ad hunc Ritum vide Giurbam deciſ. 10. & deciſio.77. nume. 2. ad finem vbi ad multa, & benè illum applicat.

2 Noſter Cumia hic ita exactè interpretatur,examinat, & diſtinguit, exornatque hoc capitulum, vt oẽm penũ doctrinæ ſuæ exhibuiſſe videatur, verũ quia vtile eſt,& neceſſarium videre an virtute inſtrumenti habentis

Google

oĩa requiſita in hoc capitulo expreſſata, detur via executiua contra pſonam repreſentantem aliam pſonam in ipſo contractũ expreſſam ſaltem ficte, vt ꝯ eius hæredẽ repræſentantem pſonam defuncti, in ipſo ꝯctu cõprehenſum, aitq; Cumia, nu. 73. prope finem referendo Imol. Raphael. in l. 2. ff. de his, quę in teſtamento, quòd inſtrum licet mentionẽ non facit de hęrede, tñ mandabit executioni ita contra hęredem ſicut ꝯ defunctum, l. ſi pactum, ff. de pbat. ſed de iure Regni ex
4 c. 122. & 123. contra hrdem diſcretum non in pſona, ſed in bonis hæreditarijs; indiſcretum autem tàm in pſona, quàm in bonis, et pprijs, facit Anto. Faber err. 1. & 2. ꝯ pragmat. & vulgar. iuris interpret. ſed nota quòd hæredes non poſſunt conueniri inſolidũ, ſed p hęreditarijs actionib. tex. in l. p hæreditarijs, C. de hęredit. action. & l. 1. ff. ſi certũ
5 pet. Limita fauore alimentorum, quia põt quilibet ex hæredib. inſolidũ conueniri ſublimita tamen in alimentis de pterito Frãch. dec. 202. quæ deciſio valet pro intellectu l.
6 3. ff. de alim. legat. Limita 2. in actione hypothecaria, quę competit inſolidum ꝯ vnum ex pluribus hæredibus apud quem pars rei cenſualis reperiť pulchrè Theſaur. dec. 85. p.
7 2. Sublimita in cenſu feudali Boer. dec. 66. & Viu. in dec. 333. limit. 3. in obligatione indiuidua Ioffred. in dec. 29. Limita 4. in anniuerſarijs, quæ relinquuntur Eccleſijs p defunctis Guid. Pap. dec. 536. Limita 5. cum dicto Gaſpar. Theſaur. p. 2. dec. 67. ſed quæro an contra hrdem non adita hrditate agi
8 poſſit? dico quòd non, ſed p quę ſigna etiam tacitè dicať hrditas adiri; dic, quòd p infraſcripta 23. qñ quis poſſidet bona hrditaria, & habilis eſt ad ſuccedẽdũ, tũc cenſeť adijſſe, Faber dec. 1. C. de repud. hær. qñ quis ſoluit hrditatis debitum, q pariter adire dr, May-
9 nard. dec. 23. lib. 2. qñ quis hrditatẽ, aut portionẽ hrditariã alteri cedit, Faber dec. 20. C. de iur. delib. qñ eſt dubiũ, Faber dec. 3. C. de
10 repud. hęre. tunc. n. pſumiť; abſtentio enim, & repudiatio non induciť niſi verbis expreſſis, idem Faber dec. 18. C. eo. qñ quis adimplet factum defuncti Farinac. dec. 393. Rot. Collect. quando habens mandatum pſumptum, ad actus, qui fieri non poſſunt citra nomen hæreditatis Farinac. vbi ſupra deciſ.
11 344. ſed non cenſeť adiri p ſolam inuentarij confectionem Franc. Marc. deciſ. 29. p. 1.

Item nec p venditionem rerum hęreditariarum præſertim in hæreditate dãnoſa, Frãch. dec. 80. Item fallit ſi adſit proteſtatio Veral.
12 dec. 64. p. 2. fallit in filio poſſidente bona patris pro dote materna, Faber d. dec. 9. C. de repud. fallit quòd ſola aduerſarij non diciť adita, Faber dec. 7. eod. & dec. 14. Mart. Rot. Piſa. 133. obſerua id, qñ actus fit ab eo, qui hæres eſſe potuit, habeť reſpectus, ad pprium factũ, & ad hęreditatẽ, ſed in dubio pſumiť factum nomine pprio Rota diuerſor. dec. 365. p. 1. Item aditio pbať verbis enunciatiuis ead. Rot. deciſ. 362. par. 1. Sub qua
13 quæſt. etiam quæriť, an ꝯ fideicommiſſariũ detur via executiua, & an dictus fideicommiſſarius comprehendatur ſub capitulo pſenti, & capitulo octauo, de quo infra, & videtur quòd non quia fideicommiſſarius non eſt pprie hęres, ſed fictus hæres, ex l. ſi filius,
14 §. 1. ff. quòd cum eo. Bal. in l. 1. col. 3. in octaua oppoſitione, C. qui admittantur, & conſ. 70. col. 2. lib. 2. Alex. & Soc. in l. 1. §. de illo. ff. ad Trebel. Cephal. conſ. 377. nu. 35. lib. 3. Menoc. conſ. 115. nu. 7. vol. 2. Bellon. cõſil. 42. ſub n. 15. Grat. conſ. 19. nu. 6. vol. 1. & hac de cauſa data via executiua ex Ritu contra hæredem, non videtur dari contra fideicommiſſarium, qui fictus, & improprius hæres eſt, & hoc fundatur in ſtatuto loquente ſimpliciter de hærede, quòd intelligitur de vero hrde, & non ficto, Bal. in Rubr. de cauſ. poſſ. & ppriet. in fin. & conſil. 130. num. 4. & conſil. 141. nume. 3. lib. 1. quem ſequitur, Menoch. de acquir. poſſeſ. num. 4. & nume. 871. & Cęſar Contard. in l. vnica, C. ſi de moment. poſſ. fuerit appell. limit. 2. §. 2. num. 11. Alexand. in l. 1. §. de illo, ff. ad Trebell. Bellon. conſ. 42. ſub num. 15. Craſſ. in §. hæreditas, quæſt. 9. & idem Cumia infra capit. 40. ordine ſuo num. 97. An detur
15 iſta via executiua contra ſingularem ſucceſſorem? & reſpondetur quòd non ratio eſt, quia obligatio perſonalis multo minus ſequitur ſingularem ſucceſſorem, nec fundi poſſeſſorem, l. quarta, §. opus, ff. de alienat. iudic. mutand. cauſa facta, l. vt pomum ff. de ſeruitut. cum alijs adiunctis per Suarez in l. poſt rem iudic. in octaua ampliat. fol. mihi 524. ſed iam fideicommiſſarius reſpectu hæredis grauati, eſt, & dicitur ſucceſſor ſingularis, ex ſupra allegatis, & Pereg. de fideicomm. art. 23. n. 13. licet dicat, quòd

re-

reſpectu fideicommittentis dicitur vniuerſalis ſucceſſor.

16 Præterea præſens Ritus dat viam executiuam inſtrumentis habentibus requiſita huius capituli videlicet obligationem expreſſam, & præſentem, ex infra dicendo cap.8. ſeu cap. 103. extendit executionẽ ad eius hæredem, ex quo infertur hæredem ipſius debitoris intelligi, at fideicommiſſariũ

17 clari eſt iuris ſuccedere fidei committenti, nõ quidem hæredi grauato per textum in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. & l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2. l. ſi hæres ex teſtamento, ff. de act. empt. & vendit. Caſtr. conſ. 442. verſicu. item probatur lib. 1. Socy. ſen. conſ. 114. colum. vlt. lib. 3. Grauett. conſil. 144. num. 1. lib. 1. Menoch. conſil. 124. nume. 22. lib. 5. Cephal. conſ. 245. num. 53. lib. 2. verſ. quæ ſint imputanda in legitimam, num. 4. Sed oppoſita eſt docto-

18 rum ſententia, qui in hoc puncto rectius ſentire videntur, quòd nimirum fideicommiſſarius, & ſi expreſſe non ſit in ipſo Ritu, tamen verè, & cum effectu dicitur hæres, Tuſcus concl. 269. verſic. fideicommiſſarius, tom. 3. Magon. deciſ. Florent. 37. num. 9. Balb. in l. dictantibus, C. de teſtament. & text. in l. 1. in principio, ff. ad Trebell. & ibi notat Bartol. & alij Doctores communiter Pereg. de fideicomm. art. 47. n. 2. & art. 53. Michael Craſſ. §. fideicommiſſum, nu. 42. &

19 hæc præſertim militant in fideicommiſſario, qui eſt vocatus per verba ciuilia directa, & vniuerſaliter inſtituto, & hinc intelliges verba capituli 103. ibi quicunque hæredes exiſtant, ſiue filij, ſiue extranei vſque ad primos, & ſecundos hæredes, & cætera, procedat executio ſupradicta, & nemo dubitat per ſecundos hæredes intelligi omnes alios poſt primos, vt clara ſunt iura, & exẽpla paſſim vulgo inueniri, licet hinc in fideicommiſſarium vniuerſalem facta reſtitutione tranſit inſtantia cepſa cum defuncto, tàm actiuè, quàm paſſiuè, & iudicium transfunditur Soccy. iun. conſ. 34. lib. 3. Anna alleg. 14. per totam. Pereg. vbi ſup. num. 23. & hæc, quæ reliquit Cumia medullitus aſtringunt præſentis textus mentem praxim & iudicium.

Ad Capitulum VII. eiuſque commentarium, obſeruatio ſeptima.

1 CVI æquipollet cap. 114. infra, & cum eo notata ſecundum ordinem Cumiæ 19. Giurba dec. 15. ex hoc cap. & 114. egregiè tractat an ſocietatis inſtrumentum poſſit mandari executioni pro capitali ante redditas rationes. ſed nos telã noſtrã texere ſequamur ad alios caſus, Candidè lector, in hoc capitulo bonus noſter Cumia, vt ſæpe ſolet materiam generum ꝯtractuum, qui executiuè exercentur proſequitur ſolum enim deſideraĩ de executione ſententiæ, & quidem Cumia in verbo ꝓcedaĩ, notat, quòd in alijs inſtrumentis nõ enumeratis per Ritum pſentis capituli, & ꝑ Capi-

2 tulum, item pdicta locum habere volumus, non daĩ via executiua, de iure vero communi ſunt alia inſtrumenta, quæ habent executionem paratam, vt exemplificat Cumia de inſtrumento ſententiæ ex l. minor. ff. de minorib. & num. 20. ait, quòd in dubio omnis ſententia de iure communi habet executionẽ paratam, & de iure communi ſententia mittiĩ executioni infra triginta annos, ſed de iu-

3 re Ritus dictum ſpatium 30. annorum limitaĩ infra annum quo elapſo procediĩ per viã Cedulę; Hæc ex Cumia, ſummatim colligo, ſed ꝓ pſenti, & recentiore praxi Tribunalium noſtrorum temporum circa prędicta hoc verſaĩ in foro ſupradictis ꝑ Cumiã addendo, declarando, ampliando, & limitãdo,

4 in primis videlicet poſt annũ ſententia amittit executiuam, & habet actionem in factũ vigore rei iudicatæ, & iudicij facti Cumia, cap. 37. ordine ſuo 53. quòd autem ſententia infra annum habet executionem paratam ex forma Ritus hic in verbis Cumiæ prædictis, & in dicto capitu. 37. verſicu. poſt annum, quòd etiam eſt de iure Canonico ex Cap. quærenti, de officio delegati; in quo anni tempore habet executionem paratam, ex l. ſecunda, vbi Bald. Salyc. & alij, C. de except. rei iud. ſed in iſto articulo ego inuenio quoddam medium inter extrema infra annum, & poſt annum illam ſententiam exequi, medium autẽ eſt ſi infra annum ceptum ſit exequi ſententiam, & non

ſit completa executio, nam tunc temporis etiam elapſo anno poteſt exequi, & eſt doctrina Rebuff. qui fuit vir forenſis in tract. de lit. ciuilib. Gloſſ. vlt. num. 4. & ſcribentium in cap. plerunque de reſcrip. & in l. falſo, C. de precib. Imper. offerend. & Bartol. conſil. 36. volum. 1. & Cumia dicto capit. 37. num. 18. & 19. Intrigl. ſingul. 50. nume. 12. lib. 2. & in tali caſu ex dicto Rebuff. cepta executione ſententiæ, ſeu liquidatione infra annum poteſt exequi infra decennium, vel triginta annos.

6 Supradictis adde, & obſerua, & praxi, & Theorica communiſſimis, quòd ex text. in l. quarta, §. ſi Iudex, ff. de re iudicat. regulariter inſtrumentum non habet executionem paratam; hoc dicit, & ita practicari referunt, & deciſum Oſaſc. deciſ. 129. Franch. deciſ. 118. Boer. deciſio. 295. Theſaur. deciſ. 26. & Iaſ. in l. fina. C. de edict. Diu. Adr. tollend. vbi ait, quòd contractus de iure communi habet executionem paratam,

7 niſi in caſibus aliquibus. Limita primo in inſtrumento quarentigiato habente executionem paratam ſtatuto ſic dictante, vt in caſu noſtri Ritus, Seraph. dec. 332. & Boer. deciſio. 295. & ratio eſt, quia inſtrumentum quarentigiatum habet vim ſententiæ Raudenſ. deciſio. 29.

8 Sublimita hanc limitationem locum non habere quando inſtrumentum eſſet ill quid ſi, Rot. Auen. dec. 39. diuer. Myſing. obſeruat. 69. cent. 3.

9 Limita ſecundo contra tertium, quia ſtatutum, quòd tribuit executionem paratam inſtrumento quarentigiato non habet locum ſi agatur hypothecaria contra tertium, ſed ſolum contra debitorem, vel eius hæredem ita Franc. Marc. dec. 394.

Obſeruaetiam, quòd limitatio prima va-

10 let in inſtrumento perfecto, quia inſtrumentum, quòd per ſtatutum executionem habet debet eſſe perfectum Affl. dec. 283.

11 Limitatur tertio principalis concluſio in vltimis voluntatibus, nam inſtrumentum vltimæ voluntatis habet executionem paratã Boer. d. dec. 295.

12 Limitatur prima prędicta regula l. 4. in inſtrumento obligationis penes acta Curiæ facto, quòd habet executionem paratam, quã retardare non poteſt etiam exceptio litis pẽdentiæ, ſuper abſolutione iuramẽti ĩ ca prę-ſtiti Affl. dec. 30. & dec. 387. Rot. Gen. dec. 28. Franch. d. deciſ. 118. Theſaur. dec. 26. nume. 15.

13 Limitatur præterea, quando debitor conſentit velle exequi, & executionem in bonis fieri Balb. dec. 216.

Limitatur exinde in inſtrumẽto in forma Cameræ Anton. Faber. deciſ. 49. & aliquid per Theſaur. deciſ. 26.

14 Limitatur quoque in diſpoſitionibus teſtium ad perpetuam rei memoriam receptorum Boer. d. deciſ. 295.

15 Limitatur etiam in inſtrumento depoſiti, quòd habet eandem executionem Io. Aloyſius Ricc. deciſ. 222. Curiæ Archiepiſcopalis, ſed quando id verum ſit, vide Boer. vbi ſupra deciſ. 295. nu. 7. duos alios caſus ponit Franc. Marc. an videlicet executioni poſſint mandari inſtrumenta prædicta abſque partium citatione, & an in alieno territorio in dec. ſua prędicta, & hęc ꝓ pręſenti ſatis ſint.

Ad Capitulum VIII. eiuſque Commentarium, obſeruatio octaua.

1 CONCORDAT cum ſexto capitulo eiuſdem Ritus, & cũ in eo contentis, & infraſcriptis de iure communi: de bona huius materiæ parte ſcripſimus ſupra in capitulo ſexto, & hac de cauſa ad alia huic præſenti textui opportuna, & ad cõmentum dicti Cumiæ neceſſaria nos conuertamus videlicet ad extrema, quibus probatis, & non aliter, contra hæredes tàm primos, quam poſteriores executiuo modo agi poteſt.

2 Primum eſt mors cõprehenſi, & expreſsè obligati in inſtrumento, quæ quidem Mors probatur per Cumiam hic per ea, quæ citat; & admittit per vnum teſtem, qui mori, aut ſepeliri viderit, & per famam publicam.

3 Poteſt etiam probari mors per oſtenſionẽ inuentarij, hęc Cumia, & ſimilia, quibus adde caſus frequentes ad praxim, & quidẽ ma-

4 gni momenti, an ſcilicet tutor datus ad tutelã in vno caſu puta mortis ſit datus tutor in caſu remotionis a tutela puta ſublatus quia ſuſpectus? videtur ꝙ tutor ſubſtitutus in caſu mortis intelligit, & eſt ſubſtitutus in caſu remotionis à tutela, vel in alio ſimili, ea tatione.

tione, quia hi tres caſus videlicet mortis,
depoſitionis, vel remotionis in iure idem
ſunt, ita vt officialis remotus ab officio di-
catur mortuus, text. in l. 1. in fine, C. de
Primicer. lib. 12. vbi caſus priuationis di-
citur caſus mortis, quia alius eligebatur glo.
ſi.d.legis corpus extinctum, And. Barol.ibi-
7 dem n.4.vlt.notab.& Iudex recuſatus habe-
tur ꝓ mortuo And.de Iſer.in c.1.§.ſed & res
n.7. ꝑ quos fiat inueſtitura, & qñ Prælatus
ſuccedit alteri Prælato renuntianti, vel trāſ-
lato in aliam Eccleſiam non dr̄ ſuccedere vi-
uo, ſed mortuo.tex.in c.in apibus §. Ecce.7.
8 q.1.Card.in clem. final. n. 13. de Procurat.
& remoueri ab officio, & mori idem eſt. gl.in
clem.1. in verbo mori, vt lit. pend. & glo. in
c. ſi cui in verb. moriatur de præbend. in 6.
Iaſ.in l.nulla, C.de Procurat. Gabriel com.
opin.lib.2. l. de procurat.concl.3.n.4. Caſ-
ſad. Deciſ.2.tit. de appell. Aufrer. ad Capel.
Toloſ.dec.265. Rot.Rom. ĩ nouis dec.376.
Mandoſ.ſuper reg. Cancellariæ de veriſimili
malitia.q.7.n.13. Afin. in l.4.§.ſed tunc nu.
19.ff.de relig. & ſumpt.funer. Vinc.de Anna
alleg.q.92.n.3. & ſeq.vbi refert iudicatum;
9 ꝗ officium, vel adminiſtratio finit̄ morte, vel
remotione, & Fab.de Ann.conſ.14. nu.8. &
conſ.82.n.19. & ſeqq. lib.1. & ꝗ tutor datus
11 in caſu mortis ſit datus in caſu recuſationis
dicit Surd. dec. 207. n.9. vſq. ad finem pri-
mo, quia mors Ciuilis habens effectū mortis
11 naturalis ei ęquiparatur, & verbū mors ęqui-
parat̄ naturali, & verificat̄ de ciuili, l. actio-
ne, §.publicatione, ff. ꝓ ſocio.l. 1.§.vlt.ff. de
bonor.poſſ.contra tabulas, poſt alios Rimi-
nal. iun.conſ.415. Menoch. conſ.227.n.45.
Decia.reſpon.86.n.39.lib.3. & reſp.61.n.1.
2.& 10.lib.5. Honded. conſ.62.n.35. lib.1.
Maſcar.de probat.concl.1373.n.4. vol.3.&
ab vtraq; morte, ꝗ fiat in iſto caſu idem effe-
12 ctus Surd.ait, d.dec.207. Ruin.conſ.87. nu.
8.lib.2. Soc.iun.conſ.43. n.2. vol.3. Rimi-
nal.iun.conſ.259. n.11. Viuius dec. 34. nu.
10. & 43. & in his; in quibus conſiderat̄ effe-
13 ctus nō refert quid ex æquipollentib. fiat l.
mulier. ff.ad Trebell. l. mater ubi Dec. in 2.
notab. C. de inſtit. & ſubſtit. Afin. in tract.
de execut. c.23. nu.5. Hùc facit, quia inſti-
14 tutus vbi defecit, vel defectu voluntatis; vel
defectu impotentiæ, vel ex defectu conditio-
nis, vel mortis præuentione ſemper ſubſtitu-
tus admittitur, & in omnibus caſibus impe-
ditur hæres, taliter; quòd non poteſt hære-
ditatem adire, ſemper admittitur ſubſtitu-
tus latiſſimè, Surd. conſ.236.num.23. & d.
deciſ. 207. num. 9. & 10. vbi ait idem tene-
15 ri in tutela, & ſic ex his habes, quòd præſens
ſtatutum non eſt contrarium iuri commu-
14 ni, ſed imo ei conſonum, & expreſſiuum in
iure comprehenſiuo, variat tamen ſolum in
eo, quòd in modo agendi, habes etiam in
caſu per nos adducto de tutore in caſu mor-
tis ſubſtituto, ad alios omnes caſus, eſſe pari-
ter ſubſtituto remoto primo.
15 Ex his, perite mi practice per te cōſultus
reſpondeo, quòd non benè induceres ex
præcitatis doctrinis, & doctoribus, quòd
ſicut ſit extēſio de morte naturali tutoris ad
16 mortem ciuilem, puta deſiſtentiæ eſſe tuto-
ris, ac etiam recuſationis, remotionis, aut
ſimilium, ita fieri vigore huius ſtatuti ex-
tenſionem de defuncto obligato in inſtru-
17 mento ad eius hæredem, in quo pūcto mul-
ti doctores, tàm exteri, quàm ex noſtratibus
Regnicolis laudant quidem præcitatam do-
ctrinam ex iſto caſu propoſito tutoris remo-
ti ad mortuum.
18 Sed melius ex caſu præſentis capituli di-
cas, an mortuo ciuiliter teſtatore ſtante eius
teſtamento actiones, & iura tranſeant in
19 eius hæredem actiuè, & paſſiuè, & ſic ar-
gues bene à mortuo naturaliter ad mortuū
ciuiliter, & prædicta allegata iura de tutore
à ſimili ſibi proderunt, ſed pro reſolutione
huius vltimi quæſiti, dico, quòd cōdemnati
20 perpetuo ad triremes, ex cauſa iuſta alias nō
ſunt infames, niſi ex dolo condemnent̄. Dy.
conſ.43. num.5. ex multis ibi per eum cita-
tis, & ex iuſta cauſa iam facti ſerui pœnæ
tamquam non habentes caput deperdunt
teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam,
21 & teſtamentum antea factum (quod eſt mi-
rabile dictu) rumpitur l.eius, qui §.irritum,
ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Peregrin. titu. 4.
tract. de iure fiſc. lib. 3. & Farinac. quæſtio.
102.138. Craſſ. §. Teſtamentum. quæſtio.
28. poſſunt tamen de licentia Principis te-
ſtati, & cōſequenter per eos teſtatum, quòd
valeat Natt. conſil. 178. Peregr. vbi ſupra
nume. ſecundo, & Farinac. vbi ſupra,
num. 125. Caſtill. dec.37. num.19.& ſeqq.
& Maſtril. in dec.167.lib.2. quos vide ex q-
bus oĩbus per me ſuperius dictis pōt vigore
huius p̄ſentis capituli agi contra bona cōdē-

natorum perpetuo ad triremes, eorũq; hæredes
teſtamẽtarios, ſi quos habent, via executiua
ſed tu cogita, q̃a ẽt video obſeruari, quòd in
iudicio agit̃ ꝯdictos cõdemnatos, & poſſunt
citari, ſed faciũt eos deſcẽdere de triremibus ĩ
terrã, & ibi citant̃, & hoc uidi ĩ praxi ſeruari.
23 Obſerua præterea an ſit citandus iſte, qui dr̃
hæres cum probat̃ de morte, & ſucceſſione? Se-
cundùm Baldum dic q̃ ſic, in terminis in l. per
diuerſas, col. 6. C. Mandat. & per Fely. poſt A-
ret. no. in c. quia, col. pen. de iud. & ibi Dec.
col. 3. quæ probatio eſt adeo neceſſaria, quòd
ẽt ſi nõ opponat̃ dẽt. quis probare ſe eſſe hæ-
dem Dec. conſ. 60. E contra vero, q̃n credi-
24 toris hæres vult probare ſe hæredem nõ eſt opus
partis citatione, per Affl. in Conſtit. eos, Ru-
br. 55. lib. 3. n. 7.
25 Sed prædicta de partis citatione procedũt,
q̃n quis vult cauſare executionẽ ꝯ hæredem
debitoris, & vult probare de morte, & ſucceſ-
ſione, qualiter ille eſt hæres, tunc eſt neceſſa-
ria citatio, vt latè Gram. conſ. 49. in ciuili-
bus. Adde Boer. dec. 10. col. fi. & Cagnol.
in l. hæredem, ff. de reg. iuris, & pract. Ma-
rant. car. 175. in 3. limitat. & inſtrum non
dr̃ liquidũ non probata prius morte, & ſucceſ-
ſione, Aret. conſ 32. Capic. dec. 48. & Alex.
in conſ. 188. lib. 2. Caſſaneus conſ. 18. & cõſ.
118. col. fi lib. 7. Berta. in verbo debitor ceſ
ſus, verſ. 24. vide Foller. car. 245. cũ ſeqq. In
26 materia executionis adde, q̃ fieri ſolet per cõ-
trahentes, quòd q̃n dat̃ per creditorem dila-
tio ad ſoluendum maximè in pluribus ſolu-
tionibus dr̃ quòd ſi debitor defecerit in pri-
ma ſolutione, vel in alijs poſſit fieri executio
de toto, potes hoc probare per textum in l. 1. §.
fi. ff. de penu. legat. per Roman. ſing. 294. &
Ferrat. in forma 69. terminis ĩ cautel. ſua 20.
ad finem. Adde Aret. in l. ſi neceſſarias §. ſi
annua ff. de pignora. act. Caccialup. in tract.
de tranſa. q. 15. col. 1. vide Cagnol. in l. ſi q̃s
maior. nu. 59. C. de tranſact. refert. Io. Ac-
non. dialog. 88.
Obſerua quòd ẽt ex iſto Ritu in verbo, &
27 ſecundos hæredes, quòd aliquibus non vide-
tur poſſe agi contra tertios hæredes credito-
ris, quia in odioſis executiuis non fit exten-
ſio, nec e contra poteſt agere tertius hæres
creditoris, niſi via hypothecariã in vtriſque
28 ſit conuentio, & actio, ſed hoc punctũ reti-
neo, & cogito pro mea praxi Sicula. nam per
ſecundos hæredes in iure veniunt omnes hæ-
redes ſicuti per ſecundas nuptias omnes nu-
ptiæ, vulgatis iuribus; Adde ad intelligentiã
huius capituli aliud cap. 112. infra eod. vel
ſecundum Cumiam 17.
29 Obſerua Theoricam mirabilem, circa præ-
miſſa, q̃ quantùm ad probationem ſucceſſio-
nis ad bona defuncti per eius hæredem poteſt
probari per infraſcripta, & ſic addo, corrigo, &
amplio Cumiã hic n. 10. vbi dicit, q̃ ſucceſ-
ſio probat̃ per teſtes deponentes de aditione
30 hæreditatis, & non de poſſeſſione bonorũ. Ra-
tio eius eſt, quia non ſufficit probare commu-
nia bona defuncti poſſidere, ſed etiam dice-
re adhiuiſſe hæreditatem, aliàs ſuccumbit, mo-
uetur Cumia ex doctrina Romani ĩ l. nec in-
tentio. C. de tranſact. Sed hæc parùm valẽt,
31 & minimè firma ſunt, niſi infraſcriptis meis
obſeruationibus valident̃, & quidem primo
(ſcias optimè lector) quòd ex textu in l. pro hæ-
rede § Papinianus ff. de acq. hæ. habet̃ quòd
quando aliquid fieri non poteſt citra nomẽ,
& ius hæredis, illud faciens dicit̃ hæredita-
32 tem adire, ex qua lege ego infero primo ad
præſentis Capituli intelligentiam; quòd poſ-
ſidens bona hæreditaria ſi habilis ad ſuccedẽ-
dum ſit, cenſetur hæreditatem adire. Deci-
ſiones ſunt magnorum Tribunalium, vt Fa-
ber dec. 1. C. de repud. hæred. Infero ſecundo
33 ad ſoluentem hæreditatis debitum, qui pari-
ter adire cenſet̃, Maynard. dec. 23. lib. 2. In-
fero tertio, quod ille, qui hæreditatẽ, aut por-
tionem hæreditariam alteri ceſſit poteſt a cre
34 ditoribus hæreditarijs tanquam hæres con-
ueniri, Ant. Fab. dec. 20. C. de iur. deliberãd.
35 Infero quarto; quòd in dubio præſumit̃
aditio, idem Faber in dec. 3. C. de repud.
hær. abſtenſio enim, aut repudiatio non in-
ducit̃, niſi verbis expreſſis, idem Faber dec.
18. eod. tit. in dec. Ror. Pedemont.
36 Infero quinto, quòd adire cenſet̃ quis hæ-
reditatem adimplendo factũ defuncti, id ue-
ro citra nomen, & hæredis ius fieri minimè
poteſt; Rota collect. à Farin. dec. 393.
37 Infero ſexto, quòd habens mandatum præ-
ſumptum ad explicandos illos actus, qui fie-
ri non poſſunt citra nomen, & ius hæredis,
hæreditatem adire cenſetur eadem Rota in
deciſ. 344. ſed non cenſetur adire per ſolam
Inuentarij confectionem, Franc. Marc. dec.
29. lib. 1.
38 Item neque per venditionem rerum hære-
ditariarum præſertim ſi hæreditas eſſet dam-
noſa,

noſa, de Franch. dec. 80.

39 Item non inducit aditio ꝑ quemcunque actum exiſtẽte proteſtatione per hęredẽ inſtitutum facta Verall. dec. 64. p. 2.

40 Item filius poſſidẽs bona paterna pro matris dote, Faber dec. 9. C. de repudiand. hær. vbi ſupra.

41 Itẽ ex ſola aduerſarij confeſſione hẽditas adita nõ cenſetur, idem Faber dec. 7. eod.

42 Item nec per querelam de expilata hæreditate, idem Faber dec. 14. eod. tit.

43 Item nec ꝑ vẽditionem bonorum, Mart. Rot. Piſan. dec. 133. Sed duo pro Coronide huius obſeruationis præſentis octaui Capituli Ritus, nũquã hactenus ſic illuſtrati,

44 mihi tandem occurrunt; quòd qñ actus ab eo, qui hęres eſſe potuit, habet reſpectum ad proprium factũ, & ad hęreditarium, tunc in ipſo dubio nomine proprio factum cenſetur, Rota diuerſor. dec. 365. p. 1.

45 Et ex his apparet in quibus, & quãtis defecerit Cumia, cui nos ex amore ſuppleuimus, & conſtat ẽt, quòd fallit dictum illud in ore omnium euulgatum, quod plus valet vmbra ſenis, quàm iuuenilis applauſus.

Ad Capitulum IX. eiuſque Commentarium obſeruatio nona.

1 CONCORDAT cum c. eos de temporib. ordinat. in 6. ex Gail. obſer. 48. n. 18. & cum l. ſi dupla, ff. de euict. & Auth. cõtra eũ qui propriã, C. de nõ nu. pec. & ex l. Aquil. Bar. in l. id, qđ S. ſi cõſeruũ, ff. de pec. legar. Bonus noſter Cumia ĩ pſenti capitulo multũ ſe diffundit circa du-

2 pli pſtationem, cui ſtudere nõ pigeat, ſed nos addimus, & obſeruamus ex eo, qđ ſuppoſito dictã fideiuſſionẽ de duplo quinq; modis ꝑ debitorẽ a creditore peti poſſe primo videlicet, ſi allegeĩ ſolutio, & ſatisfactio.

3 Secundo compẽſatio pariter priuilegiata.

4 Tertio, ſi eſt pactum in ipſo cõtractu adiectum de non petendo. Quarto ſi petijt de-

5 bitum ipſe creditor ante diẽ adiectũ. Quinto ſi dicaĩ dictum debitũ petenti nõ cõpetere, hæc ſummatim ex Cumia hic n. 18. huic capitulo cõcordat Capitulũ 129. in ordine Ritus; in ordine vero Cumiæ 34. vltra q̃ ẽt non diſcrepat a iure cõi, vt ſup. Quæſtio ex

6 his formari põt, frequens, & in foro verſatilis decidẽda ex expreſſo huius capituli tenore, nimirum, executio cauſata corã Iudice cõpetẽte, quo modo impediaĩ ꝑ debitorẽ quo

7 minus ſortiaĩ effectum? pro quo ex iure Regni duobus modis impediĩ executio, ſeu petitio, primo ſi fiat inſtãtia ꝑ debitorẽ, q non currat q̃ndena iuxta formã Ritus ſm c. 114.

8 debitori data, niſi exhibitis, & pſentatis ſcripturis in ipſa executione calendatis.

Secundo, q nõ currat dicta quindena, niſi pſtito de duplo ꝑ ipſum Creditorem iuxta formã Ritus pſentis, & conſiliũ capitulorũ Regni; quòd ſecundũ caput noſtri eſt inſtitutum hic examinare; quare ſcire oportet, qđ

9 ꝑ obtinenda fideiuſſione de duplo ſatis eſt debitorem allegare ſolutionẽ, vel ſatisfactionẽ, ve dicit pręſens capitulũ Ritus, & non re-

10 quiriĩ, quòd probeĩ, ſecus aũt eſt de iure cõi, nam vltra allegationẽ pdictam requiriĩ probatio, quia dicere, & ꝓbare oportet Abbas in c. Quæ in Eccleſiarum, in fi. col. 4. de conſtit. & Cumia in c. 34. n. 2. D. Muta, hic n. 9.

11 Sed excludunĩ ab onere huius fideiuſſionis illæ pſonæ, quę ſuccedunt in ius alterius, q iuſtã habent cauſã ignorantiæ, vt ſunt donatarij, niſi aliunde habeãt de ſolutione notitiam ꝑ ſibi ceſſos, & donatos principalibus

12 creditoribus facta, de qua tñ conſtare dẽt; in dubio aũt pſumitur ignorãtia, l. verius, ff. de ꝓbat. c. pſumitur de reg. iur. in 6. & hæres, q hoc iuſo firmauerit de oppoſitis nullam hẽe ſcientiam Cumia ordine ſuo c. 35.

13 De ceſſionario autẽ dubito, & non denegarẽ fideiuſſionẽ dupli, niſi in caſibus, puta, videlicet, ſi creditor ceſſit in fraudẽ euitandi dictã fideiuſſionẽ, & an hoc debitor petat ad dilatãdũ ſolutionẽ ꝑ quo cogita, de qualita-

14 te, & cõditione pſonarũ, nã hoc eſt arbitrio Iudicis remittẽdũ Meno. de arb. iud. caſ. 224 vbi loq̃tur de debitorib⁹ verſutis, & callidis.

15 Obſerua optimam Theoricã, quòd ex capite ignorantiæ pñt dicti donatarij, ceſſionarij, aut hẽdes pricipalium creditorium excuſari, & alleuiari, quominus teneantur pręſtare iſtam dupli fideiuſſionem, qñquidẽ ignorãtia ſup dicto c. pręſumitur de reg. iur. fundata; quòd regulariter præſumatur ignorantia, niſi proberur ſcientia hoc dicit, ſed hoc

16 Limita primo, vt vera ſit regula, qñ fuit allegata ſupina ignorantia, aliàs ſecus Bellam. dec. 562. Gail. obſeru. 48. lib. 2. & aliquid ꝑ lo-

Digitized by Google

Ioſeph Ludou.dec.19.nu.12.
17 Limita ſecundo in facto ꝓprio, in quo regulariter præſumitur ſciẽtia Io. Aloyſ. Ricc. in dec. Curiæ Archiepiſcopalis Neap. 12.
18 Sublimita iſtam deciſ. ſi de dãno euitando tractaretur, quia præſumitur quoq. ignoñtia, vt deciſum refert, Gail.obſeru.48. lib.2.
19 Sublimita ſecundo, quando factum eſſet antiquum, vel valde intricatũ Balb. dec.99.
20 Limita tertio, quãdo ignorãtia eſſet affectata, q̃a tunc habetur ꝓ ſciẽtia Gail. d. obſeru.48.n.18. quam notat ad textũ in c. eos de temporib. ordinat. in 6.
21 Limita quarto, quando ignorãtia eſſet nimis craſſa, & ſupina, quia talis pro ſcientia habetur, Gail. vbi ſupra.
Limita quinto in his, de quibus publica
22 fama, & vox quia præſumitur, quòd vnuſquiſq. ſciat Mohedan ex Rot. Rom. dec. 196. & aliquid per Capyc.dec.69.n.18.Gramm. deciſ.36.
23 Amplia hanc limitationem ꝓcedere, vt nec de hoc prætendi poſſit ignorantia Rot. Gen.dec.30.nu.15.
24 Amplia ſecundo, vt præſumatur ignorãtia craſſa neſcire ea, quæ in Ciuitate publicè promulgantur, Oſaſc. dec.71.
25 Limita ſexto principaliter, vt p̃ſumatur pariter ſcientia in excogitatis Bellamer. deciſ. 158.
26 Limita ſeptimo vbi agitur de cenſuris, & priuatione, quia p̃ſumitur intimatio, & ſciẽtia vera Mohed. in dec. ſi. de dol. & contum.
27 Limita octauo in facto, & cognitione facultatum, quia p̃ſumitur ſcientia, Franc. Marc. dec.904. p. 2. & aliquid Pet. Caſſad. dec.5.nu.14. de conſtit.
28 Sublimita in magnis facultatibus idem Franc. Marc.dec.686.to.1. & aliquid p Grãmat.dec. 103.nu.34.
29 Præterea nota in verbo ſatisfactum, q̃ ſolutionis verbum ſimpliciter prolatum duplex hẽt ſignificatũ ſtrictũ ꝓ actuali ſolutio-
30 ne, & latũ ꝓ qualibet ſatisfactione, niſi quãtitati adijciaẽ, & pecuniariæ p̃ſtationi, l. ſi rẽ, §. oĩs, ff. de pignorat. act. l. ſolutionis verbũ, & l. ſatisfactio, ff. de ſolut. l. ſoluẽdo, & l. ſolutionis, & vtrobiq. Alciat. ff. de verb. ſign. Barbat. conſ. 15. col. 1. lib. 2. Cagnol. in l. plus cautionis, n.4. & l. nemo dubitat, ff. de
31 reg.iur. Adde ea, quę dicit Hierony. de Mõte q.29.n.23. Rot. Gen. dec. 15.n.27.

Adde ẽt, q̃ ſolutionis verbum adiectum
32 quantitati, ſolutione opus eſt, nec ſatiſdatio ſufficit, etiã ſi debitũ liquidũ non ſit, niſi aliter creditoris foret cõſenſus ex pluribꝰ dicta Rota Genuę in dec. 15. n.31. ad quã remitto.
Adde q̃ huic capitulo affinis eſt deciſio
33 Afflicti 163. & dec.381. in eo, qđ dicit, q̃ ex alijs mutuis debitum cõpenſari, & ſic habes ex iſto c. q̃ ſicut debitor põt petere fideiuſſionẽ de duplo, qñ allegat realem ſolutionẽ, ſic
34 qñ allegat cõpenſationẽ, & vẽ cõtra ius cõe, ꝑ Hyppol. de Marſ. in ſing. ſuo 208. tunc.n. puniẽ in duplo creditor, qñ totum debitũ cũ effectu petierit, & receperit, ita vt in eo, q̃ receperit, puniaẽ, & non in plus, vide Berta. in
35 verb. ſtatuta de Iudicijs verſ. 266. ſed tñ ex Ritu noſtro admittiẽ in caſu. ſ. qñ denunciatur exceptio Ritualis ipſi creditori in petitione p̃ſeueranti ꝓcedat dupli petitio, vt in ſatisfactionis caſu, ſed ad textũ, & ad Cumiã.
36 Adde ex Rub. & ibi ꝑ DD. ff. de cõpenſat. quòd cõpẽſatio in aliquibus caſibus admittiẽ in aliquibus vero negaẽ, quos caſus oportet cognoſci ad verã, & germanã cognitionẽ p̃dictorum, ad quos remiſſiue, te volo admonere ad Affl.dec.121.n.3. & 4. & dec.452.p. 2. Cornazz. dec. Luccenſ.94. Franch. deciſ. 527. ſeſſ. Rot. Aragon.dec.88. Affl.dec.192 Vrſil.dec.121.n.6. Affl.dec.381.n.6. vbi ſupra Theſaur.dec.321. Anna ĩ alleg.86. Frãch, dec.527. Capyc.dec.88. Franch. dec.53. Capyc.dec.67. Vrſil.dec.331. nu.5. Peguer. Rot. Cathal. dec. 173.

Ad Capitulum X. eiuſque Commentarium, obſeruatio decima.

1 QVOD Capitulum, tàm in facto, q̃ in iure nulli alij hucuſq; potuit cedere, quare lege totum, & cõſidera, nam concordat cum iure Canonico, vt infra in corpore obſeruationis.
2 Adhuc proſequitur materiam dupli, de qua ſupra dixit, & modo agit de modo agẽdi ꝑ debitorem in conſecutione huius dupli, & ait Cumia, quòd põt conſequi duplum
3 ideſt ſimplum, & non vna cum petitione debiti, & hoc in pęnam pertinaciæ creditoris, qui quaſi crimine ſtellionatus, vel furti labe
4 commaculatur, & hoc in continenti, anteq̃ ſol-

ſoluat creditori, & hoc nota, alias differĩ ſo-
lutio debiti per debitorẽ facienda ſi præſtat
5 in quindena, vel poſt quindenã capiã, vel
infra annũ, poſt latã ſententiã in cauſa oppo-
6 ſitoria, & in actione ipſius dupli habet ma-
gnũ priuilegiũ omni remedio iuris creditori
denegato appellatiuo, ſupplicatorio, vel re-
7 ſtitutorio, ꝙ mirum eſt, & miror ego quantũ
Ritus noſter materiã dupli ampliat, atq; pro-
tegat, & hoc in odiũ petitoris impudentis, &
iniuſti, & hinc tot capitula circa illud cõpi-
8 lauit, debet ergo creditor prius ſoluere fide-
iuſſionẽ dupli in pęnã, & inde admittitur ad
ſua petendũ, fallit in perſonis clericorũ, mi-
9 norũ, & abſentiũ reipublicę cauſa, & ſimiliũ.
Adde hoc merito per hoc ſtatutũ ſanciri cõ-
tra creditores, quia dat his priuilegiũ execu-
tiuum in ſibi debito, & non in ſibi non debi-
10 to, quia alias ſalutũ, vel ſatisfactũ; multis de
cauſis primo, quia petens, vel accipiens de-
bitum ſolutum crimẽ ſtellionatus cõmittit.
Bar. ĩ l. ſi fideiuſſor 29. §. in oĩbus ff. mãdati.
11 Secundo, quia furtum fieri dicitur a cre-
ditore ipſi debitori, quòd aliquando licitum
eſt, aliquando vero non, Ioſeph Ludou. de-
ciſ. Lucenſ. 1.
12 Tertium furtũ fit debitori, qñ per debito-
rẽ, vel per eius mandatariũ furto ſubtrahitur
apodixa confeſſionis de recepto, aliquã ſum-
mã debiti: vide inductiue, DD. & Rot. deciſ.
18. alias 430. tit. de probationib. in antiq.
13 Quarto ſi debitor vni debitũ ſoluerit alte-
ri, dolo & fraude tertii cõtra illum furti agit
ipſe debitor, & non dñs rei Bart. ſing. 43. &
an ſi ſoluat ſuo alteri creditori dolo decep-
tus, an ſi velit poſſit petere cõpenſationem?
à dicto creditore, & duplũ ab eo petere teneo
ex dictis hìc qđ ſit, ſed tu cogita, quia caſus
eſt pulcher.
14 Quinto an creditor qui rem ſibi oppigno-
ratã aufert, furtum faciat, dic quod non, ſed
dicitur pignori ſuo incumbere Bar. ſing. 46.
15 Obſerua præterea, & memoriæ manda, ꝙ
ẽt de iure cõi, maxima eſt pęna plus petẽtis,
quàm, ꝙ ſibi debeatur a debitore ſibi ſoluere
facientis, ex tex. in l. vnica C. de plus petitio-
nib. amittit ſcilicet debitũ, ſed quattuor cõ-
currere debent, de quibus vide Capic. deciſ.
16 49. nu. 4, videlicet, quòd ſit ex dolo, & quòd
reus ſit vocatus in iudicio, & lis cõteſtata, &
ꝙ liqueat de dolo actoris, & quòd cautio ex
qua agitur, ſit extorta de maiori ſumma Io-
ſeph Ludou. deciſ. 51. Immo petens plus, &
17 probans in parte debet obtinere pro illa par-
te, Guid. Pap. dec. 27. Balb. deciſ. 49. & actor
petens multa bona in libello, & probãdo pro
tertia tantũmódo, debet condemnari reo in
omnibus expenſis Maynard. deciſ. 23.
18 Obſerua ẽt, ꝙ quæri põt, quòd ſi petierit
centum, & ꝓbauerit ſolum quinquaginta,
videas Guid. Pap. deciſ. 28. Boer. deciſ. 74.
Surd. dec. 70.
19 Nec dictio circa excuſat actorem a pluris
petitione Raud. dec. 30. & Ratio eſt ſecun-
dùm Guid. Pap. in dec. 290. quia petitio dẽt
eſſe certa, & illa dictio eſt incerta, nec a reo, à
quo plus debito petitũ eſt, licet totum nega-
ri, ſed verũ confiteri tenetĩ, Ioſeph Ludou.
dec. Peruſ. 51. alias incideret in periuriũ Pap-
pon. lib. 8. tit. 1. arreſt. 2.
20 Nota ẽt, ꝙ eſt modus, vt plus debito petẽs
excuſetĩ praxis eſt, vt apponatĩ clauſula ſaluo
iure ſuperflui, addendi, & diminuendi, vt in
ſimili in materia expreſſionis veri valoris, in
beneficialibus creſcẽt. dec. 7. de reſcript. Ali-
quid per Ioſeph Ludou. in citat. dec. 51.
21 Sed an in eandem incidat pœnam, is, qui
ſolutum debitum petit, Reſpondeas, vt ſu-
pra, ꝙ incidit iſt pœnã ſtellionatus, vt teſtatĩ
Magon. Rot. Florent. dec. 88. quàm ad le-
gem primam de ſtellionatus crimine ponas.
22 Sed qñ plus repetitum eſt, q̃s expẽſas ſol-
uere debeat licet debitor non fateatĩ partem
debiti, vide Rot. Auenionenſem in deciſ. 33.
& Theſaur. dec. 331. Pappon. lib. 8. tit. 1. ar-
reſt. 2.
23 Obſerua poſtremo, ꝙ eandẽ materiã de-
claraui in lectura mea Inſtitutionum ſuper
tex. §. plus. Inſtit. de actio. & poſtea in pra-
xi, vt oĩa mea patrocinando, & practicando
loculẽtiora, & firmiora reddidi; quare ſcias,
ꝙ petens plus debito punitĩ, vt ſupra dixi, ſed
nunc ſub alio themate diſcutitĩ, videlicet an
24 petens plus ꝓbando ſolum in parte debeat
obtinere ꝑ illa parte ꝓbata, vide Guid. Pap.
d. dec. 27. Balb. dec. 99. & ampliatur regula,
ꝙ vtile ꝑ inutile non vitiatĩ, de qua late p Af-
flic. dec. 107. Vrſil. dec. 218. Gram. dec. 387.
Surd. dec. 248. Franc. March. deciſ. 328. p. 2.
& Milanis. dec. 52. lib. 2.
Apliatur ſecundo, vt ſtatutũ p̃ſentis Ritus
25 noſtri contra plus petentes locum ẽt habeat
in obtinenda omiſſione debiti ꝑ debitorem
contra creditorem petẽtem indebitum, & ſi

non

Digitized by Google

nõ in fideiuſſione dupli, attamen ad perimẽdum ipſum debitum Surd.deciſ.65.

26 Amplia tertio pręfatam pœnam de iure cõi locum habere in eis, qui agũt, ſeu petunt, ante conditionis euentum, quia hi quoque plus petere dicuntur ſcilicet tempore Surd. deciſ.131.

27 Amplia quarto præter ſuperius dicta, ꝙ plus petens re dẽt condẽnari in expẽſis ſi debitor non fatetur partem debiti d. Rot. Auinion.deciſ.40.tom.3.

28 Amplia quinto, ꝙ licet debitori cõtra creditorem plus petẽtem totum denegare tã in quantitate, quàm in qualitate Theſaur. Senat. Ped. deciſ.231. Viui. in deciſ.340. vbi refert plurimas doctorum opiniones diuerſas, ſed hinc non diſces eſſe mendacem; ſed tantũ facias, vt creditorẽ tuum ad veritatem compellas.

29 Amplia quinto, præter prædicta in datione inſolutum, quę ſi facta fuit plus debito eſt in totum nulla. Marilian.deciſ.8.licet creditor habeat ius retẽtionis pro re debita Surd. deciſ.46.aliquid per Capyc.deciſ.41.nu.9.

30 Limitatur tex. cõcluſio ſi in petitione plus debito facta ſit clauſula omni meliori modo, quia tunc eius virtute fit, vt quis non incidat in pœnam Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſ. 117.

31 Limitatur ſecundo, ſi adeſſet dicta clauſulã ſaluo iure ſuperflui, vt ſupra dictus Ludouic.d.deciſ.51.

32 Limitatur tertio in 4. qui plus petijt a fiſco, quia non puniẽ Rubin.in Rot.German. deciſ.99.vbi allegatur Iaſ.§. ſi quis agẽs nu. 5.8.& ſeqq. de Actionib.qui ex capite ignorantiæ excuſat, quando ignorantia plus petentis præſto eſſet, & hoc capitulum decimũ ſic bene per nos obſeruatum, his contentum quieſcat.

Ad Capitulum XI. eiuſque Commentarium obſeruatio vndecima.

1 CONCORDAT cum tex.in cap. ſupradicto, & cũ iure ciuili in auth. de trient. & ſemis. contra, qui propriam, & inſt.de act.§. plus autem, & l.eum, qui ff.de ann. legat. in iſto capitulo oĩa ſunt clara, duo tamen mihi videnẽ neceſſario fore addãda ad hodiernam praxim omnium tribunalium frequẽtatam occaſione ſumpta ex particula huius textus, & cũmẽto ipſius Cumiæ, nu.1.not.1.ex verb. (antequam procedatur ad venditionem, & infra intentionem ſuã lucidauerit pro lucidato reſtituatur poſſeſſio, quòd videlicet probato, quòd debitor ſoluerit vel ſatisfecerit ante tamen venditionem, & diſtractionẽ, ipſius rei, quaſi e contra non poſſit ſi poſt venditionem, ꝙ vtique tali caſu poſſeſſio reſtituatur.

2 Pro quo dico primo, quòd dicta venditio rei ipſius debitoris non debentis quia ſoluerit eſt vẽditio, vel diſtractio, vel adiudicatio nulla, vel ſaltem iniuſta, quia facta de re non obligata creditori ſcienti rem alienam ſe vẽ-
3 dere, & licet venditio rei alienæ valeat reſpectu tertij emptoris, non tamen valet reſpectu creditoris ſcienter rem ſibi non obligatam, & conſequenter alienam ſibi adiudicantis,
4 Sed pro ampliatione materiæ dico, ꝙ communis eſt diſtinctio, ꝙ adiudicatio de bonis alienis facta ſciẽter eſt nulla, aut ſit ignoranter, & ſic decretum eſt validum ſed reſcindẽ-
5 dum, ſic inducas in præſtatione dupli, & reſtitutione poſſeſſionis probata poſſeſſione, probataque ſolutione, vel ſatisfactione ipſi
6 creditori per debitorem facta, quæ eſt ſcienter, aut ignoranter facta ex obliuione, vel errore, Caſtill.dec.67.n.3.& Milanis. dec. 12. n.68.& 69.lib.2. vbi multos patres allegat, de quo capite ꝓ ſcientia ꝓbanda creditoris
7 debitor teneẽ in oppoſitionibus ſe expreſſe de hoc capite opponere Caſtil.vbi ſup.& alij.
8 Dico, quòd hodie ẽt poſt venditionẽ res ipſa alias adiudicata, vẽdita, & alienata reſtituiẽ debitori, non ſolũ, qui probauerit ſolutionem antea, ſed ẽt ſi debitũ ſoluat poſt vẽditionem factam ſub haſta vltimo emptori,
9 & plus offerenti ex infra dicendis.

Conſtat ex his, quia adiudicatio facta vltra dimidiam iuſti pretij debiti, vel eſt nulla, vel cõpetit ꝑ eã remediũ, l.2. C. de reſcindend. & eſt concluſio indubitata hodie in Regno l.3. C.de iur.fiſci, & l.1. C.de iur. haſtę fiſcal.lib.10.cum ibi not. ꝑ glo.& l.1. C. de pręſcript.30.annor.& l.ſi quos d.C.de reſcind.vend. & talis adiucatio non valet etiã
10 ſtante ſtatuto, vel pacto, ꝙ bona vendanẽ ad diſcurſum plus offerenti, ꝙ pactum ſolũ operaẽ ꝙ fiat ſubhaſtatio loco æſtimationis, ſed non ꝑ hoc intelligitur ceſſare remedium d. l. 2. Paul.de Caſt.conſ.156.n.1. in 1.col. circa finem,

finem lib.2.& Caſtrenſ. reprehēdit Alexan.
aliter dicentem,& ſibi contrarium in l.pretia
rerum ff.ad l.falcid. Alex.ſequitur Curt.iun.
in addit.addict.l.pretia,& D. Caſtill. deciſ.
14.n.13.& D.Maſtrill.in deciſ.33.& Giurb.
deciſ. 105.& per totā latiſſimè; Et creditor;
qui ſibi adiudicauit bona,ſtāte læſione enor-
miſſima bene poterit cōdemnari ad fructuū
reſtitutionem,quia adiudicatio ex tali enor-
miſſima læſione reducitur ad nō titulum,&
veniunt fructus, & pro ſeruanda æqualitate
hodie pariter in talibus reſtitutionibus ipſi
debitores condemnantur ſoluere debitū vnà
cum intereſſe, D. Caſtill.nu.20.& 21.vbi ſu-
pra,& Torrett.conſ.13.num.15.& conſ. 24.
nu.13.lib.3.& eſt modus introductus in Re-
11 gno ex quotidianis relationibus, quæ ſuper
hoc articulo iuris fiunt ab Excellentiſſimis
Dominis Protegibus,& eſt introducta,con-
ſuetudo, hodie in Regno,quod iſtæ ſiņ pro-
uiſiones ordinariȩ tamquam lex,quod bona
adiudicata reſtituātur vna cum fructibus, in
prædictis caſibus D. Caſtill. vbi ſupra; nu.
30.vbi plura ex pluribus citat.
12 Conſtat ergo, quòd rei reſtitutio etiam
præcedente adiudicatione hodie in Regno
fit,nō eſt igitur mirum ſi in præſenti capitu-
lo ex dicta probatione ante venditionem per
debitorē facta rei poſſeſſio reſtituatur,quan-
doquidem ex alijs arcanis huius Ritus, &
praxi præſenti,id ſeruari videmus.
13 Quæſtio an ſi creditor reuocauerit ſolu-
tionem,& pȩnitendo, ſe obtulerit pecuniam
per eum receptam, an euitet pœnam dupli,
dicerem ego quòd, aut pȩnituerit eum ante-
quam debitor probaret, & admictitur, aut
poſt, & non admittitȓ,& dico hoc per ea,quæ
in ſimili habentur in Conſtit. Regiæ Maie-
ſtatis vbi Afflict. de mutatione,& recōmen-
dat,facit auth. cōtra,qui propriam C.de nō
numerat. pecun. aliquid habetur in lectura
quondam de Ramūdettis,qui aliter, hic ſen-
tit, ſed tu cogita vt cum Ripa loquar, ſed ibi
vide Bald.Paul.de Caſt.& alios ſcribentes.

Ad Capitulum XII. eiuſque comen-tarium, obſeruatio duodecima.

1 CONCORDAT cū cap. dilectus
de Procurat.& glo.ibi & cum auth.
qua in Prouincia C.vbi de crimini.
2 agi oportet. Cumia pauca dicit, & capitulū
breue eſt, & in eo obſeruo, ꝙ dilatio proba-
toria communis eſt vtrique parti in iudicio
telam agenti,ex text.l.petendæ. C. de temp.
in integr. reſtitur.& Cumia hic nu.2.in fine.
3 Noto etiam ꝙ dilatio iſta datur iudicis arbi-
trio circumſtātijs loci, & perſonarum peren-
tium ponderatis, & inſpectis, pro quo dico
4 primo, quòd ex hac occaſione venit exami-
nanda quæſtio illa, an iſta conceſſio dilatio-
nis prȩdictæ fieri debeat procuratori debito-
ris, & ſit communis procuratori creditoris,
5 idem quæri etiam poteſt de curatore, tuto-
req; alijſque perſonis aliena negotia gerenti-
bus,& quidē dico,quòd ſic, & primo ex eo-
dem Ritu, & Cumia ſupra cap. XI. verſ. te-
neatur procuratorem in iudicio dimittere ad
reſpōdendum, & ita huiuſmodi iudicium in
caſu dicti capituli ꝑ neceſſe agiȓ cū Procura-
6 tore,ex inde,meritò quȩriȓ prout ſupra,& ꝑ-
cipuè in fortioribus terminis, an ſcilicet ter-
minus ad conſulendum ꝑdictis ꝑſonis con-
7 cedaȓ,& dico ꝙ ſic,ex cōi praxi qui quidem
terminus pariter eſt arbitrarius iuxta quali-
tatem negotij, lociq; diſtantiam, non rñ dēt
eſſe indiſcretus,ſed cōſuetus ad effectum, vt
8 poſſint conſulere conſtituentes ſuper infor-
matione negotij ſuper quo citanȓ, vt poſſint
partem abſentem defendere tex. punctualis,
cum d. Auth. qua in Prouincia, C. vbi de
crim. agi oportet, & cap. dilectus de procur.
vbi glo. in verſ. cedere rōnem aſſignat, q a cū
9 tales ꝑſonæ tractent aliena negotia, poſſint
eſſe admoniti,& de iuribus partiū inſtructi,
an velint cedere,vel cōtendere, ita ꝑ dictum
textum voluit Innoc. in c. expoſuit vbi ſup.
& in gl.ibidem in verb. Procurator Viu. dec.
384.n.2.lib.2.Muſcatel.in praxi Ciuili,p.3.
gl.in verb. ſimiles,n.5.p.5.gl. in verb.defen-
dendū,n.28. Ang.in d. Auth. qua i Prouin-
cia,n.10. Puteus dec.7. ꝑ totam,lib.1.Me-
noc.de ꝑſumpt.vbi ſupra,extendit ꝑdicta,&
10 dictȩ dilationes ad conſulendū cōcedunȓ ſo-
cio,fideiuſſori,ceſſionatio, & oībus, qui cō-
ueniunȓ pro alijs, immo conceduntȓ non ſo-
lum Procuratoribus, & Curatoribus; ſed ēt
oībus alijs generaliter,qui cōueniunȓ nō vti
tales,apparente ꝙ negotium non ſpectat ad
eum; vel eos Bartol. in d.Auth. qua in Pro-
uincia,n.6. Item ex Paulo de Caſt.n.2. verſ.
11 4. ſingulare danȓ his,qui ex facto ꝓprio ſūt
conuenti, ſi dependet a negotio alieno, quæ
om-

omnia procedunt in Curatore ex Bal. in d. Auth. qua in Prouincia, n. 14. ver. & ideo alij
12 ponunt caſum abſentiæ; & hoc verum eſt de quacunq; abſentia, vel loci diſtantia, ſiue ſit propè, ſiue longe remotus principalis Anto. Mar. Coraſ. de elect. opin. inſpect. 5. nu. 98. tom. 18. tract. f. 232. Surd. dec. 167. nu. 5. & iſte eſt tex. l. 2. C. vbi in rem actio, quod adeo ve-
13 rum eſt fore dandas prædictas inducias, quod Abbas n. 3. in d. c. dilectus, ait hoc valere, darique huiuſmodi dilationes Procuratori inſtructo, & ſpeciali etiam emergẽte aliquo de nouo, de quo dñus non potuit veriſimiliter cogitare, & interrogati Procuratores, & reliqui ſupradicti de negotio, eiuſq; annexis, & connexis, dependentibus, & emergentibus ſi dicunt, quod neſciunt, & aliàs Iudex probabiliter dubitat, tunc leuato velo poſſunt concedi dictæ dilationes, etiam ſi dominus ſit longiſſimè diſtans a loco iudicij.
14 Præterea, quñ procurator, aliàs Dominus litis effectus, qui habet nõ ſecus, ac principalis, ſi tamen non hẽt nũmos, vel ſcripturas præmanibus, vt eum, eiuſq; iura defendat tunc dãtur termini dilatorij, & ſuperſedet in cauſa,
15 & ẽt ipſis principalibus litigatoribus dat dilatio ad prouidendum iuribus ſuis in partibus Rot. Roma. dec. 625. num. 2. p. 3. lib. 3. Puteus dec. 15. lib. 1. & dec. 16. eodem.
16 Sed prædicta fallunt multis modis, primo in Procuratore, ſpeciali in cauſa particulari, Pute. dec. 100. nu. 9. lib. 2. Bonerius ſing. & verbo dilatio, n. 17.
17 Sublimita primo, niſi aliquid noui emergeret, ex dictis ſupra.

Sublimita ſecundo, niſi procuratio eſſet dubia, ambigua, perplex, & generalis, vel aliquo modo obſcura, quia tunc datur dicta dilatio Innocent. in d. cap. dilectus propè finem.
18 Adde idem ius valere, quñ principalis eſſet citatus, & citatio eſſet pariter perplexa, & vitioſa, vt ſupra, quod conceduntur termini ad cõſulendum eius procuratori, Abb. in d. cap. dilectus, num. 5.
19 Fallit ſecundo in Procuratore inſtructo in cauſa, de qua clarè dilucidè, & non obſcure, ſed perſonaliter citatus eſt prĩcipalis Abb. Innoc. & Bal. in d. c. dilectus, n. 5. Menoc. d. præſumpt. 37. nu. 5.
20 Fallit tertio, quñ principalis fuit legitime citatus, eiuſq. citatio in partibus legitime executa eſt, tunc non datur dicta dilatio Rot. Rom. dec. 839. n. 1. p. 3. Pute. dec. 43. lib. 1. Menoc. vbi ſup. nu. 5.
21 Fallit quarto, in citatione voluntaria per quam citatus dicitur voluntariè venire, vt in citatione quatenus, tũc. n. non datur dilatio Farin. q. 8. n. 90. & 100.
22 Fallit quinto, & vltimo, quod dicta dilatio cõceditur propriè in Procuratore Conuenti, qui præſumitur non inſtructus, quia abſens non tenetur ſpecialẽ procuratorẽ creare, ſed ſufficit generalem conſtituere Abbas, vbi ſup. n. 1. ver. 2. not. ibi ſecus autem in procuratore
23 actoris, qui præſumitur armatus veniſſe, atq; inſtructus cum ad aggrediendum veniat reũ Bal. in d. c. dilectus.
24 Sed obſerua, quod in aliquo caſu, ẽt procuratori actoris cõceditur dicta dilatio Rot. Roma. dec. 193. p. 3. lib. 2. & ſic teneo, quod detur ſi res poſtulet in caſu noſtri capituli iſta dilatio, de alijs annexis huic materiæ puta de termino vltramarino, de quo c. 171. infra.
25 Adde præcipuam Theoricã, ex dicto capitulo dilectus filius de Procuratoribus, cuius ſummarium eſt, quod Procuratori generali in curia citato concedenda eſt dilatio ad certiorandum dominum, intellige ad finem, vt dominus deliberet an cedere, vel contẽdere velit, atq. ipſum procuratorẽ inſtruere valeat, de pertinẽtibus ad litem ſibi motã, & ſic iſtã
26 materiam, nec non, & ſupradicta omnia ſub iſta forma practicant prima Tribunalia Mũdi, & deciſionarij omnes, quare adde prædictis Bolgnettum deciſ. 1. de dilationibus. Caſſad. deciſ. 1. eod. tit. Rot. deciſ. . de procurat. in nouis.
27 Sed limita ſupra poſitam textus regulam ſi procurator iſte repertus ĩ curia habeat ſpeciale mandatum procedendi in dicta cauſa iam cõmiſſa, ex cuius cõmiſſionis vigore citatus ipſe fuit, quia tunc ei non cõceditur aliqua dilatio ad certiorãdum dominũ, vt fuit deciſum per Rot. Rom. in una ſtrigonienſi uiolationis teſtamenti 4. Decembris 1595. Illuſtriſs. Mantica.

Limita ſecundo, quòd non datur dicta di-
28 latio procuratori ad conſulendũ dominũ, ubi actor petit declarari locum eſſe regreſſui ob non ſolutam pẽſionẽ, dũ tñ per prius dñus ipſe fuerit monitus ad docendũ, ſe paruiſſe lr̃is Apoſtolicis, in quibus erat reſeruata penſiõ, & in caſu non ſolutionis regreſſui, & nõ fuit pro-

probata ſolutio Creſcent. in quamplutibus
deciſionib. in tit. de delationib.
29 Limitatur tertio, vt dilatio procurotori nõ
detur pro habẽdis defenſionibus poſt decre-
tum mandatum, ſi produxerit per tres men-
ſes, Guidobonus deciſ. 65.
30 Limitatur quarto qñ dominus fuit cita-
tus peredictum in partibus conſtito de non
tuto acceſſu, Rot. apud Sarnenſ. deciſ. 118. &
ex his præſens capitulum aliàs ab alijs regni-
31 colis ſicco pede tranſcurſum poteſt inter cæ-
tera de doctrina, & neceſſitate contendere,
quare alia proſequamur.

Ad Capitulum XIII. eiuſque comentarium, obſeruatio tertia decima.

1 CONCORDAT ex infraſcriptis
cum cap. in cauſis de teſtibus & cũ
toto titulo.
2 Sacra iura inſtar Achillæ Lanceę, mihi vi-
dentur eſſe, quæ ſi ex vno latere feriunt, ex al-
tero vero curant, & ideo ius noſtrum ſtatu-
tarium ipſa ſacra iura imitatur in præsẽti ca-
pitulo dat creditori dilationem, & quidem
longiorem, quam ex natura cauſæ ſummarię
debeatur, & in hoc indulget cum alias poſt
ſententiam oĩa iuris remedia denegauerit, vt
conſtat ex ſupradictis in quo vulnerauerat.
3 Nota pro ampliore materiæ argumento,
quòd dilationes huiuſmodi operantur infra-
ſcriptum effectum videlicet, quòd dilatio di-
latoria in ſupradicto capitulo, veluti vtrique
parti communi non poteſt per vnam, inuita
altera renunciari, Oſaſc. deciſ. 97. num. 4. &
4 Bart. in l. 6. C. de tempor. in integr. reſtit. nu.
5. ſed deficiẽte iſta communione partium in
iſto capitulo dic poſſe creditorem renuncia-
re eius fauori, vel in toto, vel in parte vulg.
iuribus, verum quidem, quòd iudex non põt
minorem quindecim diebus, poteſt enim iu-
dex a ſe datã dilationem mutare abbreuian-
do, vel prorogando ex cauſa, niſi aſſignatus
iam cepiſſet uti dilatione Ioff. Lãfranch. &
Balb. deciſ. 233. & Barto. in auth. offerat. C.
de litis conteſtat.
5 Poteſt pars minus accipere, quia dicta di-
latio nõ eſt cõis, & ſicuti ex hoc capitulo ac-
quiſitũ eſt ius dilationis creditori, ex vulgata
iuris regula, ei põt renũciare Rebuff. in tract.
de dilationib. art. 13. tanto magis q̃a hęc di-
latio eſt ſtatutaria quæ licet nõ poſſit augeri,
neq; minui, qñ ex ſtatuto pœna eſt in dicta,
attamen in caſu nulla eſt pęna ergo libera eſt
renuncianti, Franc. Marc. q. 37.
6 Sed contra, q̃a videtur iudex poſſe ẽt iſtã
dilationẽ abbreuiare, vel ꝓrogare cum aliàs
poſſit hoc facere in dilatione a lege præfixa,
7 cũ adhibita cauſę cognitione. Sed reſpondeẽ
quod hoc non procedit in ordinatione ſta-
tutaria, vel in ſtilo Rebuff. in Cõſtit. Regni
tract. de dilationib. art. vlt. nu. 7. & Bart. in
l. 2. num. 10. ff. de re iud.
8 Obſerua theoricã hìc incidentẽ, ac princi-
paliter ad capitulũ accedentẽ, & primo nota,
q̃ ſtylus Curiæ hẽt vim legis, ꝓpterea inferẽ,
q̃ eius obſeruãtia eſt, de ſubſtãtia Balb. deciſ.
29. infertur ſecundo, q̃ ſententia lata contra
ſtylum eſt ipſo iure nulla, vt deciſum refert
Guid. Pap. deciſ. 198. de ſent. & re iud.
9 Infertur tertio, qđ ſi ſtylus cõtradicit cõ-
ſuetudini præualet ſtylus, vt decidit idem
Guid. Pap. deciſ. 292. quæ nota ad doctrinã
Bartol. in l. de quibus ff. de legibus.
10 Infertur quarto ad deciſ. eiuſdem Guid.
Pap. 151. quam per te videas, & vigila, quia
iura dormitantes abhorrent.
11 Obſerua poſtremo, ex l. in pecuniarijs ff. de
ferijs, qđ in dictis cauſis pecuniarijs, de q̃bus
in p̃ſentiarũ principaliter agitur ad intelligẽ-
tiã nr̃i capituli, q̃ dilatio data ꝑ conſuetudi-
nẽ põt abbreuiari, Cacheran. deciſ. 22. & rõ
eſt, q̃a eſt iudici arbitraria Frãc. Marc. deciſ.
12 36. Hinc eſt q̃ voluit aliqui q̃ iudex ex officio
parte nõ inſtãte põt dilationẽ cõcedere Boer.
dec. 294. & Affl. dec. 29. & deciſ. 50. ſed ego
13 teneo, q̃ iſta valent in dilatione ꝓbationis, &
ad comparendum ex ijſdem deciſionibus.
14 Sicuti in ſimilibus caſibus denegatur, &
primo in dilatione cõcedenda reo ad articu-
landum, poſtea vero denegatur.
15 Secundo vbi, quis terminum competen-
tem a iure habuit, quia alius terminus dan-
dus non eſt, Bellam. deciſ. 427.
16 Item actori non datur dilatio, quia debet
venire inſtructus ad cauſam Caſſad. in de-
ciſ. 1. de dilat.
17 Limita quando reus lite pendente produ-
cit ius nouum, quia tunc concedenda eſt di-
latio. Verall. deciſ. 15. p. 1. & in deciſ. 266.
18 Limita ẽt propter interuentũ nouę ꝑſonæ
petẽtis admitti ꝓ ſuo intereſſe uigore ſuę ſpe-
cialis cõmiſſionis. Creſcẽt. in dec. 3. de dilat.

19 Ac etiam nõn datur ſpoliatori, etiam ad
hoc nõ probato ſpolio Caſſad. deciſ. 2. de di-
lationib. Creſcent. in deciſ. 4. eod. tit.
20 Præterea denegaĩ reo ex alio iure venien-
te, quam ius detur actori Caſſad. in deciſ. 7.
eod. tit. Caputaquenſ. deciſ. 260. lib. 1. Cre-
ſcent. in deciſ. 5. de dilation.
21 Inſuper denegatur illi, qui commiſit cau-
ſam generaliter ſuper poſſeſſorio, & ratio eſt,
vt dixi quia actor debet venire inſtructus in
iudicio, Verall. deciſ. 263. par. 1.
22 Denegatur etiam vltra tertiam Benit. de-
ciſ. 45. Rot. Bononię, nec etiam datur aduer-
ſus gratiam neutri, dictus Creſcent. deciſ. 8.
de dilationib. haud etiam datur procuratori
ad conſulendum principalem monitum ad
23 docendũ ſe paruiſſe litteris penſionis, in qui-
bus eſt regreſſus ob nõ ſolutionem Creſcent.
deciſ. 9. de dilation.
24 Non conceditur quoque reo citato vigo-
re primæ commiſſionis litteris non expeditis
Creſcent. in deciſ. 6. eod. tit.
25 Obſerua etiã, quòd ex dicta theorica, tibi
affero puncta valde practicabilia, & ſit pro
coronide hu⁹ capitis videlicet primo, quòd
iudex vltra terminũ iuris, poteſt exceptionẽ
dilatoriã admittere Capell. Tholoſ. dec. 198.
26 Secundo, quòd oĩs probatio dilatoria eſt
perẽptoria Gayll. obſeru. 91. lib. 1. quemad-
modum ſunt termini, qui dãtur a Rota Cre-
ſcent. deciſ. 7. eod. tit.
27 Quòd vltra tertiam dilationem nõ datur
alia iuxta terminos cap. in cauſis de teſtib.
licet poſt lapſam primam dilationem appro-
bandi admittitur purgatio moræ, ſi quis ve-
lit incontinenti poſt ipſam dilationem pro-
bare abſque alia petitione dilationis, Balb.
28 deciſ. 356. & hæredi de iure cõi datur noua
dilatio poſt quartam dilationem conceſſam
defuncto Myſing. obſeruat. 73. cent. 1. & pro
hoc capitulo, finis eſto.

Ad Capitulum XIV. eiuſque Cõmen-tarium, obſeruatio decima quarta.

1 CONCORDAT cum c. ex litteris
de reſtit. ſpoliator, & cũ text. in l. ſi
qs ad ſe fundum C. ad l. Iuliã de vi
2 public. caſus, quandoq; euenit, q debitor vi-
dẽs creditorẽ poſſeſſionẽ rei ſuæ habere, illũ
expellit vno, vel altero ex infraſcriptis tribus
3 modis, nimirum, ſi eijciat, ſi turbet eundẽ, ſi
4 aliquid rationabiliter opponat, & hoc non
obſtante, vel p ſe, vel per alium ita vt dictus
creditor ex tali oppoſitione, vel eiectione, nõ
5 poſſit pacificè rem ſecundũ Ritum poſſidere,
tali caſu punitur debitor, & in odiũ eius te-
meritatis non auditur in petitione dupli, nec
currit dilatio dierũ quindecim creditori in-
ter quos põt per ſupradictum capit. 13. credi-
6 tor ſe defendere contra debitorẽ prætenden-
tem ſolutionẽ debiti p quo petit dupli cau-
tionem, in pęnam enim turbatæ poſſeſſionis
amittit debitor, quod nõ currit dicta dilatio
7 contra creditorem, niſi reſtituatur in priſti-
num poſſeſſio apud creditorẽ eiectum, Cu-
mia hìc.
8 Punitur ſecundo, pœna intereſſe. Punitur
tertio criminaliter ſi in dicta eiectione fuit
violentia armorum, pœna deportationis, &
bonorum publicatione.
9 Conſideratur etiam ſi fuit cum violentia,
ſed ſine armis punitur tamẽ mitius videlicet
pęna publicationis tertię partis bonorum, &
alia, quę hìc Cumia, ſed prędicta volui quaſi
ad verbum huc adducere, quia ſuper eis ma-
10 gna eſt practica, & vtilitas ad quam ego mi-
ram intẽdo addere theoricam, & ideo atten-
de primo, quòd hìc Ritus concordat cũ iure
cõi per quod diſponitur quòd priuilegium
11 in ſpolio, quòd procedatur nullis auditis de-
fenſionibus in odium ſpoliantis l. ſi quis ad
ſecundum C. ad l. Iuliam de vi public. cap.
ex litteris de reſtit. ſpoliat. ex quo apparet
hunc Ritum non contrariari iuri cõi præſer-
tim canonico, ſed illis addendo ſupplet, &
12 coadiuuat, nã vt umque ius fauet ſpoliato,
& odio habet ſpoliatorẽ Cumia in capit. 40.
infra nũ. 274. vbi pluribus exornat.
Quæ materia etiam agitur in proprijs ter-
13 minis ſpolij in cap. 135. Ritus, & p cap. Fer-
dinandi 54. & textus eſt dicti cap. 135. quod
in ſpolio denegaĩ audientia, & defenſio ſpo-
lianti per illa verba, antequam audiatur ad-
uerſarius in defenſionibus ſuis, quia in ſpolio
non tantum attenditur fauor ſpoliati, quam
14 odium ſpoliantis, & Ritus non denegat de-
fenſiones ſimpliciter, ſed antequam fiat re-
ſtitutio rei ſpoliatæ qua reſtitutione facta ip-
ſe ſpolians auditur ex verbis textus, & poſtea
audiatur, idem Cumia d. cap. Ritus qu. alias
15 134. num. 212. & ſic conſtat quod ſpoliatus
ante omnia eſt reſtituendus de quo infra deo
duce in d. cap. 40. dinero.

Adde

16 Adde, quòd creditor in hoc capitulo ſtabat in poſſeſſione prædicta iuris videlicet capit. 12. in uerbo, & ea gaudeat, creditor, ꝙ iam in poſſeſſionem miſſus eſt, dũ ſcilicet debitori dat dilatio ad ꝓbandũ, ꝙ ſoluerit, ſed ego in ſpolio p̃ſentis capituli conſidero, ꝙ p̃dicta iura, magis, ac magis deberent vigere
17 ꝯ hunc ſpoliatorem, quam ꝯ alios, ex eo, q̃ creditor, qui poſſidet, tenet rem illam debitoris, petentis duplum auctoritate ſtatuti, & ſic offendit authoritas publica, & quaſi iudi-
18 ciaria, & ideo eſt quod tot pœnis affligitur hic ſpoliator, ſeu mauis turbator, de quibus pęnis ſupra hic dixi, & vide Cumiã, & iſtud punctum à nemine noſtratium ſcribentium obſeruati vidi, ſed tu cogita, & mecum pro modo dicas, ꝙ p̃bentes auxiliũ huic ſpolia-
19 tori ſunt puniendi Hypp. ſing. 15. & ſi in hoc ſpolio fuerit factus inſultus, ſed non fuerunt extracta arma punitur delinquens, ac ſi extraxiſſet, & dicitur factus cũ armis Roma. ſing. 568.
20 Sed ſi quis incitauerit ſpoliatorẽ iſtum ad turbandum creditorẽ poſſidentẽ punitur pęna extraordinaria delicti Oſaſc. dec. 67. n. 10. Frãc. Marc. q. 423. Iaſ. de act. §. Pęnales quoque nu. 18. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 353. Bart. in l. non ſolum §. ſi mand. ff. de iniur. & Hartm. cap. 5. tit. de contractib. lib. 2.
21 Obſerua in Theorica concomitante optima practica, quòd in iſta materia ſpolij iura clamant, & Tribunalia excandeſcũt hinc eſt, ꝙ ſuper textu cap. Reintegranda 3. q. 1. celebre obſeruant remediũ, quo medentur ſpoliatis videlicet eiſdẽ omnia corporaliter re-
22 ſtituendo in eo loco, vbi fuerint eis ablata, ſiue per dolum, ſiue per violentiam, vel quacumque alia iniuſta cauſa, quòd etiam ampliatur quòd hoc remedium tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, quòd optimè practice commenda memoriæ, & eſt deciſio Putei 176. lib. 2.
23 Ampliatur ſecundo, vt detur etiam contra titulo poſſidentem, Theſaur. deciſ. 29. vide Affl. dec. 361.
24 Ampliatur tertio, vt detur contra bonę fidei poſſeſſorem, Oſaſc. dec. 93.
25 Ampliatur quarto, vt detur abſq; declaratione temporis, Affl. dec. 250.
26 Ampliatur quinto, vt veniant etiam fructus poſt litem conteſtatam percepti, Theſaur. dec. 191.
27 Limitatur ſexto, vt nõ habeat locum huiuſmodi remedium elapſo decennio, quia decem annis ei præſcribitur Caſſad. dec. 15. & Puteus dec. 114. lib. 1.
28 Subampliatur ſeptimo in caſibus Veralli primo dec. 112. 2. p. ſecundo deciſ. 171. p. 3. tertio dec. 170. ea. p. 3. & 4. dec. 183. ead. quarto ex dec. Rot. Auenio. 8. quinto ex Bellam. dec. 494. ſexto Caputaquenſ. deciſ. 181. p. 3. ſeptimo dec. 184.
Limita ĩ caſibus Caputaq. primo dec. 188.
29 ead. 3. p. ſecũdo dec. 172. p. 3. tertio dec. 180 p. 3. quarto dec. 186. ibidem dec. 128. cui ꝯdicit Caſſad. dec. 6. de reſt. ſpol. ſexto Bella. dec. 151. Veral dec. 179. p. 3. & 174. & ſeptimo 175. p. 3. octauo deciſ. 169. par. 3.
30 Et hęc omnia alibi infra per omnes caſus explicabo, quantum ad ampliationem ſeptimam tãtum nu. 17. & 18. hic nam ab his ad ſuperiores numeros ſunt declarati, modo vero cętera aſſequamur capitula.

Ad Capitulum XV. eiuſque Commentarium obſeruatio decima quinta.

1 CONCORDAT cum c. quoniã contra §. inſtrũm de probat. & ibi Lanfr. in repet. n. 13. & cũ tex. ĩ l. vnica, C. de Claſſi. lib. 11. In iſto capitulo
2 Ipſe Cumia oĩa neceſſaria adhibuit, & nihil, vt dicã, ꝙ ſentio p̃termiſit, ꝓcipuè de pra-
3 xi, q̃ occurrebat illis t̃pibus aliqua ſunt neceſſaria addenda; & quidẽ primo in vltimo verſ. text. in Regia tamẽ ditione, in quo no-
4 to, quòd obſeruari debet cauſa, cur inſtrumẽtum factum extra Regnum in Regia poteſtate, iuriſdictione, & imperio poſſit mitti executioni, quamuis remotiſſimus locus ſit
5 ab hoc Regno, in quo inſtrumentum factum fuit, quòd exequi ſecundum formam Ritus petitur, aliter uero ſi factum in ditione non Regia, Cumia hic num. 36. & de executione talis inſtrumenti præter dicta per
6 Cumiam, tùm hic, tùm alibi, ego aliqua notatu digna breuiter tetigi, in capit. 6. & 101. & modo his addo, quòd ratio eſt grauiſſima, videlicet quia pariter de iure cõi
7 extra territorium diœceſim, & ditionẽ ſtatutum non habet uires, Abbas de iur. for. cõp.

in cap. dilecti, & Iaſ. in l. ſi creditori. de leg. 1. num. 6.

8 Hic nota, qõnem ſatis punctualem an inſtrumentum factum extra Regnũ, ſed in loco vbi idem eſſet ſtatutũ, quod eſt in loco petitæ executionis non tamen in Regia ditione ſit factum, an dicta petitio valeat, dico, quòd duę ſunt opiniones prima eſt Bartoli, in l. a Dio Pio, §. ſententiam Romæ, in fin. Paul. Alex. & Iaſ. & Hercul. vbi uolunt, quòd mi-
9 litant in loco, ubi idem viget ſtatutum; ſed ɔ̃rium in Regno practicaẽ, immo ex hoc capite poniẽ ampliatio, quod noſtrum ſtatutũ loquitur de inſtrumentis factis in Sicilia, vel
10 in Regia ditione tantùm, nec datur executiua inſtrumentis factis in loco ſimilis ſtatuti, Iaſ. in l. cum quidem, in fine, de iuriſd. omnium iud. & in l. omnes populi, nu. 20. & no-
12 ſtri ſcribentes hic extra tamen ditionem Regiam.
13 Item quæro, an inſtrumentum factum infra mare prope Regnum, vel prope inſulas eius poſſit mitti executioni, Reſpondetur per præſens ſtatutum, quòd ſic; ſub quæri-
14 tur inde an ſi dictum inſtrumentum ſit factum vltra uiginti miliaria infra mare, poteſt ne exequi? Quod dictum ſtatutum ampliatur ad talem mare etiam vltra viginti
15 miliaria, Ratio eſt, quia mare eſt longinquũ a Regno vltra dictum ſpatium, ſemper tamen ſubiacet territorio Regni, ſi tamen non ſit vicinius alterius ditioni textus Clarus in l. vnica, C. de Claſſib. lib. 11. & ibi docto-
16 res, quia de iure communi non reſtringitur territorium, ad dictum ſpatium 20. milliarium prope Regnum, & Angel. in l. Inſulæ, ff. de iudic. & l. notionem, §. 1. ff. de verbo. ſignific.
17 Hinc adde pro materia Criminali, quòd ligatus ſub fideiuſſione de detinendo Regnũ pro carcere, ſi nauigat per mare Regni non diciẽ frangere fideiuſſionem, ex quo intuli ad
18 liberandum Clientem, & obtinui, quòd quando Iudex dat licentiam ligato eundi ꝑ mare, non frangitur fideiuſſio de detinen-
19 do Regnum, nec tali caſu fideiuſſores prætextu talis licentiæ ſunt liberati, & ita ſeruatum inuenio, quia mare eſt de Regno, ex dictis ſuperius ex ſupra allegatis.
20 Præterea nota, & tene memoria, quia vtilia, & neceſſaria ſunt hic infra dicenda; nimirum ea, quæ dicit Roman. conſ. 102. Grauett. conſ. 212. num. 4. Pariſ. de ſindicat. in verb. iudices, colum. fin. Matant. cart. 175. num. 11. in pract. & de factis antiquis non oportet probare de fide Notarij, ſecundum Bald. in Auth. quas actiones ad fin. C. de ſacroſ. eccleſ. Hypp. de Marſ. ſing. 587.
21 Concordat cum hoc c. aliud c. 102. infra eodem ex forma Ritus, eſt communis practica, quòd authenticenẽ acta per extractam, ſeu ſubſcriptionem notarij manu propria, qui ſi non eſt in loco, & eius manus nota, & cognita in loco vbi fit executio poteſt fieri, & facta tenet, & debet fieri plena cum nulla exceptio impediat Ritum, & ita alias con-
22 ſuluit Henric. de Medic. in executione cauſata contra quoſdam de Pullicino ad inſtan-
23 tiam Bernardi Re, Procuratoris Angelæ de Panormo, & Aduocati dictorum de Pullicino petebant, quòd exhiberet originale, & ego allegaui in contrarium, quia habebam exemplum Notarij cum extracta manu pro-
24 pria notarij, & ſic fuit obtentum in fauorem clientum. vide Berta. in verb. copia, verſ. 8. gramm. conſ. 70. in fine, & hoc in ciuilibus.
Adde Afflict. dec. 251. Boer. deciſ. 154. &
25 in materia inſtrumentorum extra Regnum confectorum, vide Affl. in conſtitu. inſtrum. robor. num. 10. & Cagnol. in l. librarius, nu.
1 57. ff. de reg. iur.
Adde ſpeculatorem in tit. de inſtrument.
26 edit. §. Reſtat. verſ. quod non producaẽ vbi dixit, quòd creditur literis officialis atteſtãtibus, quem eſſe notarium, vbicunque lr̃e ꝑducantur, quòd plene etiam ponunt Ant. & Imol. l. 2. C. de fide inſtrumen. refert Fely.
27 vbi uideas in c. coram col. fi. de off. deleg. ubi habes, quãdo negatur notarius, qui fecit inſtrumentum fuiſſe notarium.
28 Quæſtio quid ſi negatur præſentantem inſtrumentum eſſe illum, de quo inſtrumentum loquitur cum concordantib. ibi per eũdem Fely. ad quem recurre.
Et, quòd ceſſante forma, Ritiſque diſpoſitione, vide Paul. de Caſt. conſ. 394. lib. 1.
29 Lanfranch. in repetit. c. quoniam contra §. inſtrumentorum, n. 13.
a Adde Affl. in conſt. Magiſtri Camerarij,
30 col. fi. rubr. 6. lib. 1. vbi videas omnino, & ibi allegatur Maranta.
Et hęc omnia, etiam valent pro diſpoſitio-
31 ne capituli 16. immediate ſequentis, ſed quia valde coniunctũ cũ pręſenti Ritu, ſ. hęc primo.

modo ſuffectura diiudico ad dicti capituli
obſeruationẽ; cętera in alijs inter dicendum
occurrẽt, eaq; alibi commodius referam.

Ad Capitulum VI. eiuſque Commentarium obſeruatio decima ſexta.

1 CONCORDAT cum c.cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ. & cum
infra pluries repetita, l. Herennius,
& ad totam materiam vide Giurbam deciſ.
62. nu.32.& dec.77.n.2.ad fi.
Super hoc capitulo aliqua diximus ſupra
in Ritu immediate præcedente, quare hic q̃a
præſentis capitis materia fœcũda eſt, de no-
2 uo obſeruamus, & addimus tantùm aliqua,
& quidẽ neceſſaria, & enim iure optimo di-
ci poteſt de hoc Ritu, ꝙ q̃ ſitit veniat ad fon-
tes, & ferè totam materiam exceptionum, &
quæ earum admittantur, quæ vero non, hìc
3 videat, & vberrime bibat, ex noſtro doctiſſi-
mo Cumia, ego autem circa præmiſſa, atq;
contenta in præſenti capite dicam caſum, q̃
mihi occurrit in praxi pro cliẽtibus patroci-
nando, & ex hoc Ritu obtinui, quidam enim
volebat exequi ſententiam in eius fauorẽ la-
tam, & ꝓpoſita appellatione conuictus prę-
4 tendebat impedire dictam executionẽ, & q̃-
dem conſultus, dixi ꝙ non poterat impedire,
quia ab executione ſniæ non licebat ei appel-
lare, licet potuiſſet appellare, & appellatio
ꝓpoſita in illo caſu valeret contra prætẽſam
5 iniquitatẽ ſniæ, ſed dixi, ꝙ tantùm dicta ap-
pellatio deuoluebat, non tñ ſuſpendebat, ꝙ
fuit receptum in Tribunalibus, vt verum, q̃-
uis quidam Aduocatus totus fericus contra-
rium fruſtra tenuiſſet, & hoc vt mecum con-
tenderet. Sed inde aduerti in ipſa executio-
ne ſententię dictum victorem modũ exceſſiſ-
6 ſe, & ab iſto exceſſu appellare feci, & expreſſi
exceſſum grauaminis ex doctrina Cumię hìc
n.26. & Bartol. in l. ab executore col.1.ff.de
appellat. & alios, quos ipſe bonus ſenex Cu-
mia citat.
Adde tamen, & obſerua, ꝙ in executione
7 ſententiæ, vel occurrũt inſtr̃a, vel ſnię ſi ſunt
inſtr̃a, hęc debẽt exeq cũ modo, & debẽt eſſe
liq̃da Oſaſc.dec.129.nu.5.Cabal. Milleloq.
625. Rebuf.in cõſt. Regni tract.de litter.ob-
8 ligatorijs art.1.gl.9.n.8.to.1.ſed q̃ro an ſup
intereſſe nõ liq̃do, ꝙ de proximo venit liq̃-
dandũ concedatꝰ? diceret forte q̃s, ꝙ nõ, & tñ
Oſaſc.vbi ſup.n.10.& 14. tenet ꝙ ſic, ſed vi-
de Bart.in l.1. ff. de iud. ſolu. & hoc ẽt valet
ẽt ſi ſint ſnię, quia executio ſnię, & inſtrumẽ-
ti æquiparantur Marant. in ſuo ſpecul. diſ-
put.6. f.575. per plura.
9 Nota hìc ſingulariter ex Rebuff. vbi ſup.
art. 5.gl.7.nu.4. quòd in cauſa executiua ſi
opponanꝰ aliquę exceptiones, tunc cautela
eſt, ꝙ creditor offerat fideiuſſorẽ de re reſti-
tuenda cum oĩbus damnis, & expenſis tunc
enim ex Rebuff. debet Iudex concedere exe-
cutionem non obſtantibus oppoſitis excep-
tionibus nota, quòd eſt mirabile.
10 Obſerua, ex Theorica in arcano iure fun-
data, ꝙ in verbo textus fidẽ notarij, ſunt hęc
notanda, ꝙ notarius, q̃s non p̃ſumitur, niſi
ꝓbetur ex tex.l. Herennius, ff. de decurio. &
ibi Bart. ſed in inſtr̃o antiquiſſimo nõ eſt ne-
ceſſaria ꝓbatio notariatus Affl. dec.245. &
dec. 251. in fi. & iſtud prouenit tum ex præ-
11 ſumptione antiquitatis tẽporis Franc.Marc.
dec.488. tum etiam ob difficilem probandi
modum Maynard.dec.22.lib.3.
Et ſi aliquando ad inſtrumenti validita-
12 tem ſufficit oſtendere Notariũ fuiſſe in quaſi
poſſeſſione notariatus Capell. Tholoſ.deciſ.
331. Affl.dec.251. & aliquid per eundẽ dec.
245. & Franc.Marc.d.dec.488.
13 Quæ autem ſufficiant ad præſentis caſus
ius, & quaſi poſſeſſionem, uideas Affl. deciſ.
57. Capyc.dec.61. quæ omnia conferunt ad
tex.in c.cum Eccleſia Sutrina, de cauſis poſſ.
14 & propriet. Ex confeſſione autem eiuſdem
Notarij nunquam eius poteſtas probaꝰ Affl.
dec.317. Boer.dec.258. Pappon.lib.6. tit.6.
arreſt.6. Balb. dec.121. licet in ijs, quæ ad eiꝰ
pertinent officium credatur Capyc. dec.94.
& aliquid per eundẽ dec.cit.61. Franc.Marc.
dec.168. p.2.
15 Quorum omniũ ratio diuerſitatis eſt, q̃a
notarius non pręſumiꝰ, niſi probeꝰ cum no-
tariatus conſiſtat in facto, Boer. deciſ.36. &
facta non præſumũtur niſi probentur Medi-
ces dec.51. verum hoc intelligas ſi fuerit op-
16 poſitum aliàs ſecus Ioſepu. Ludou. dec. Pe-
ruſ.115. Marc.dec.51. & ſi fuerit oppoſitum
nonnullis modis probatur.
Primo videlicet, quòd quatnor recepit in-
17 ſtrumenta Frãc.Marc.dec.511.p.2. & Boer.
& Ioſeph Ludou. citat locis quas notabis ad

C 3 do-

doctrinam Bart.in d.l. Hærennius intellige,
18 vt quatuor illa inſtrumenta nõ ſint confecta
ſuper cõtractibus à iure reprobatis, qa tunc
puniſ, & non oriſ probatio, ex eis Monald.
dec.30. & qualiter puniaſ videas dec. Guid.
Pap. 433.
19 Probatur etiam notariatus ex confeſſione
partis Ioa. Alyſ. Ricc. deciſ. 146. Cur. Ar-
chiep. Neap.
20 Intellige ſecundo dummodo cõficiat in-
ſtrumenta de his, quæ coram eo geſta ſunt,
Pute.dec. 5. lib. 3. Affl. cit. dec. 245.
21 Intellige tertio, dummodo illa inſtrumẽ-
ta non ſint confecta inter perſonas Eccleſia-
ſticas; quia Notarius Eccleſiaſticus non po-
teſt recipere inſtrumenta inter perſonas lai-
cas, & e contra Papo. lib. 4. tit. 14. arreſt. 2.
22 Quid in notario Apoſtolico videas deciſ.
242. Boer. & aliquid per Annam ſing. 245.
& ex his apparet quam perfectè ſit per me
tradita præſens obſeruatio, ſed quia cum ſu-
pradictis coincidit pro perfecta materia, &
cognitione eorum, quæ ſpectant, tàm ad of-
23 ficium notarij, quàm etiam ad plenam præ-
ſentis Ritus interpretationẽ, quæ noſter Cu-
mia non attingit, ideo infraſcripta obſerua-
re prętermittere nolui.
24 Et primo dico ex Rubr. de Tabularijs, lib.
11. ꝙ prima poteſtas notarij eſt, ꝙ pro abſen-
te põt ſtipulari Affl. dec. 135. & ex huiuſmo-
di ſtipulatione acquiriſ ius reuocabile ſm
Oſaſc. deciſ. 33. ſecundum vero Theſaurum
dec. 70. irreuocabile.
25 Qualiter autem debeat concipere ſtipu-
lationem pro abſente videas Capyc. dec. 73.
26 Secunda poteſtas eſt, quia ſi eſt impeditus
põt cõmittere alteri notario, quòd de ꝯctu a
ſe recepto reaſſumat inſtrumentum, Faber
in deciſ. 7. de fide inſtrumentorum. Et ip-
27 ſe met notarius poteſt ſubſcribere de Fran-
ch. dec. 300. aliquid per Affl. deciſ. 6. & per
Cacher. dec. 32.
Quæ vero debeant concurrere ad validi-
tatem reaſſumptionis videas per Afflictum
deciſ. 6.
28 Tertia poteſtas eſt, quia notarius in iuriſ-
dictione volũtaria duplici officio poteſt fun-
gi, ſcribę ſcilicet, & interponentis authorita-
tem Franc. Marc. d. dec. 488.
29 Intelligas dummodo ſit legitimæ ætatis,
ideſt 25. annorum Franc. Marc. dec. 628.
30 Intelligas ſecundo dummodo non ſit
idem Iudex, & notarius, quia eius poteſtas
dependet a Iudice, & ideo non creditur no-
tario atteſtanti ſibi fuiſſe factam commiſſio-
nem ſuper receptione teſtium, Affl. dec. 317.
31 Quarta poteſtas eſt verba derogatoria
extendere iuxta voluntatem quam ſcriuit a
teſtatore Guid. Pap. deciſ. 149. licet ſcri-
ptura cæterata extendatur ſm ſtylum illius
Notarij, & formularij Pappon. lib. 10. tit. 4.
Arreſt. 26. Rot. dec. 1. de verb. ſign. in anti-
qu. Borgnin. dec. 16. de contract. p. 2. & de
iure Regni ſcriptura cęterata extenditur ſe-
cundum formam cõmunis cæterarij noſtri.
32 Item hæres notarij non poteſt paſſare no-
tam ſine iudicis mandato Guid. Pap. dec. 2.
& deciſ. 118. & Boer. dec. 36. & 37. & hæc
nota, quia optima, & non vulgaria, nec paſ-
ſim habentur.

Ad Capitulum XVII. eiuſque Commentarium obſeruatio decimaſeptima.

1 CONCORDAT cum iure Cano-
nico, & Ciuili, de quibus in corpo-
re præſentis obſeruationis latè, &
ad idem eſt deciſio Giurbæ 64. vbi multa.
2 Hoc capitulum eſt clauis totius Ritus, p̄-
ſertim ſecundum ea, quæ inducit Cumia ad
eius Commentum, qui legenti non inuido
nõ poterit, vel ex vna hac interpretatione Iu-
3 reconſultus conſultiſſimus non videri; qua-
propter felix Catina, quæ talem, ac tantum
genuit virum.
Ex hoc Commento habes frequentium
4 quæſtionum deciſiones, quas non debes ob-
liuiſci, aut aſpernari, an ſcilicet debitor
præſentans in termino habili currentis quin-
denæ illegitimas oppoſitiones, ea elapſa,
poſſit pręſentare legitimas? Reſpõdet, quòd
ſic Cumia hic nu. 16.
5 Et quid operanſ oppoſitiones aduerſus
executionẽ iuxta formã bullę, idẽ n. 35. & an
qñ à ſententia eſt ſimpliciter appellatũ, ſine
verbis, dico nullã, & ſi qua eſt ab eo appello,
an deſerta appellatione ob Hermodiciũ fa-
6 talium ſit deſerta nullitas, & quidem Reſpõ-
detur; quòd eſt deſerta nullitas; ſecus eſt ſi
ſint adiecta illa verba, videlicet dico nullam,
& ſi qua eſt, ab ea appello, quia tunc deſer-
7 ta appellatione non dicitur deſerta nullitas.
Idem

idem Cumia num.78.
Et quid operatur nullitas principaliter tẽ-
tata, vel incidenter, & an per vtramque exe-
cutio ſententiæ impediatur, idem num.88.
8 Et quãdo iudex eccleſiaſticus poſſit inhi-
bere ſæculari, & an ad hoc requiratur præ-
uentio, & iſta ceſſante non debere idẽ nu.88.
Et materia inſtãtiæ cauſæ oppoſitoriæ de
iure communi eſt triennij, etiam in executi-
uis, & ex iure pragmaticæ Regni eſt biennij,
exceptis cauſis feudalibus, hodie vero eſt ſe-
meſtris tẽporis pro prima, & ſecunda inſtan-
9 tia, idem num.100.& ſeqq.& an tertius poſ-
ſit ſe opponere infra quindenã, & an ei cur-
rat, & an ſi veniat poſt quindenam poſt, vel
ante addictum pignus, & quãdo dicatur aſ-
ſiſtere cauſæ inceptę, per principales, vel pro-
prio nomine agere idem num. 106. & 107.
10 Et quando ſollemnitas ſubhaſtationis re-
cenſita ab inſtrumento per notarium de prę-
terito, ſit præſumpta valida enunciatiuè, vel
diſpoſitiuè, idem num.115.ſed notario atte-
ſtanti de illa ſolemnitate nõ creditur in alie-
natione rerum vniuerſitatis alicuius, Bono-
nienſ. deciſ. prima Petri Benint. materia ci-
11 tationis fere per omnes caſus vide eũdem hic
nu.125.ad nu.138.
12 An executio; quæ datur pro debito ex ſen-
tentia, detur etiam pro expenſis litis ex ea fa-
ctis idem nu.149.& 150.
13 An executio plus obulo faciat decretum
nullum; Et qñ ſunt plures creditores agen-
tes idem num.156.& plures alias quęſtiones
hic habes lector ſtudioſe, ideo volui, te attẽ-
tum facere, & autori beneuolum, ne ergo te
14 officij mei erga te facti pigeat, nam intricata
eſt, & ſyluoſa congeries rerum, quas hic Cu-
mia perfundit, & lector niſi admonitus pote-
rit conniuere, vel non obſeruare, quæ pretio-
15 ſa ſunt in hoc commẽtario, & hoc dexterius
feci, quia ſuper aliquibus, vel ſaltem dignio-
ribus multas deciſiones, & reſolutiones ac-
commodabo, quæ nõ ſunt pœnitendæ; ideo
attente percipe, & diligenter nota.
16 Dico igitur primo, & addo ad verba, text.
& expenſis iudicialibus, & non iudicialibus,
ſi ſint promiſſæ in contractu, & ita per infra-
ſcripta vſque ad num.31. Reſpondetur, quę-
17 ſito hic num.13. & Cumiæ nu. 149. & 150.
Quæſtio eſt deciſa in Regno, quæ ex hoc ca-
pitulo quæri poteſt, an quando eſt lata ſen-
tentia in qua nulla de expenſis mentio fit de-
beantur expenſæ? victori ſolui, per victum,
cuius quęſiti occaſione multa de expẽſis pra-
18 cticabilia proponuntur, & quidem eſt de ſty-
lo Regni, quòd in dicto caſu expenſæ deben-
tur, idem Cumia hic cap.73.nu.14.fol.368.
Iorland. in ſua pract. ſynd. cap.22.q.6. tit.
de expenſis, & Cumia in ſua pract. ſynd. cap.
19 14.nu.68.in tit. de ſententia, & peti poſſunt
per victorem a victo etiam ad illas expreſſe
non condemnato, & hoc verum non ſolũ de
20 expenſis factis in ſecundo iudicio; ſed etiam
de factis in primo, & hoc adeo eſt verũ, quòd
ſi iudex intendat condemnare victum in ex-
penſis tantum, ſecundi iudicij, vel primi tan-
tum, eſt opus, quod dicat expenſis hinc inde
21 compenſatis primi, vel ſecundi iudicij tan-
tùm, alias debentur tàm primi, quam ſecun-
di iudicij, fuit doctrina Abbatis in ſua pra-
22 xi, & in capit. ſignificauerunt, nume.7.de
exception. ſed quæritur, an quando victus
appellat a ſentẽtia ſimpliciter ſine expreſſio-
ne expenſarum, an ſententia appellata intel-
ligantur appellatæ expenſæ, & dicit Abbas
quod victor in dicto caſu cõſequitur expen-
ſas abſque appellatione, & ſi victus in primo
iudicio fuerit abſolutus, aut appellat quate-
nus contra eum facit, ſecus res ſe habet, ſed
contrarium tenet Imola in dicto cap. ſignifi-
23 cauerunt. Sed ad quæſtionem principalem
facit Surd. deciſ.143.nu.7.& Marſ. in pract.
§. ſuper eſt modo num. 21. Deci. in cap. re-
prehenſibilis nu.12. & cap. ſæpe num.34.&
35.de appellat.& Menoch. de præſumpt.88.
lib.2. Gramma. Theoremat.6.& 11. Capell.
Tholoſ. & ibi additio deciſ. 122. Sed cõſide-
24 ra, quòd quando in ſecundo iudicio victor
obtinet, ex iiſdem actibus, & ſic debentur ex-
penſæ primi; & ſecundi iudicij, quia victus
non habuit iuſtam cauſam litigandi, aut ob-
tinet ex nouis actis, & ſic contrarium mihi
videtur verius ex Guid. Pap. deciſ. 436. nu.
56. Aſin. in ſua praxi §. 32.7. ampliatione
fol. mihi 197. Rot. deciſ.47. meip. ſi auditor
in nouis in tit. de appellat.
25 Sed quęro, quo iure debentur expenſæ vi-
ctori eodem ne, quo debetur ius ſentẽtiæ, vel
diuerſo? An competant iure actionis princi-
palis, vel cõſecutiuè, Reſpondetur quòd cõ-
petunt iure actionis actori ſeu victori datę ex
præſenti ſtatuto; Matthæſilanus, & ibi addi-
tio ſing.81. tom.1. fol. meo 121. & in Regno
dixit Percolla vbi ſupra, & Antonius Lãtea

in

Digitized by Google

in dicto Ritu 168. & bene concordant dicta per Bald.in l.terminato C.de fructibus,& li-
26 tis expenſis, & Iaſ. in l. properandum §. ſin autem alteratio C. de iudicijs Couarr. practicabilib.99.cap.27.n.4. & 5. & hoc ex alio ſtatuti arcano fundari video, quia expenſæ ex ſui natura,& promiſſione in contractu,& iure actionis, & connexionis, quam habent cum debito principali,veniunt ad victoriam ſimul hinc intelligo cap. 188. Ritus, q; quis non audiatur in reuiſione niſi ſoluto debito ad cuius ſolutionem fuit cõdemnatus ex tenore ſententiæ ſimul; & expenſæ factæ in dicto iudicio debentur, & quidem inter alias rõnes hac vna potiſſimum de qua ſupra dixi.

27 Hinc eſt, quòd ad cap. 188. dubito quia dictum capitulum loquitur de debitore condemnato in rebus ſtabilibus, vel redditibus, qui æquiparantur ſtabilibus Clem. ſæpe exiui de paradiſo,de verb.ſignif.cum ſimilibus, & conſtat ex verb. text. niſi prius debitũ ſoluerit, & expẽſas legitimè taxatas, & in verb. niſi ſoluerit debitum,& expenſas etiam reui-
28 ſionis, quaſi non excarceretur, loquitur ergo capitulum de debito pecuniario, & ſic non videtur habere locum in debitore rei, & redditus,ne fiat extenſio,nã in debitore rei conuicto ſatis eſt ſi per eum fiat oblatio,Capyc. deciſ.14.num.13.& ex noſtratibus,Fimia,& Muta in d.cap.188.nu.29.& Maſull.ad Capyc.vbi ſupra nu.7.quod non poteſt negari.

29 Sed nota, quòd oblatio dicta dẽt eſſe realis,& non verbalis ex Neguſan.de pignorib. in 5.p.3.memb.Ritus ergo diſpoſitio eſt pro debito,ex pecunia, ſed ſicut nõ auditur talis debitor,niſi adimpleat cõtenta in d.cap. ita, & debitor rei liberatur,ſi aſſignet verè,& realiter,quia in hoc caſu,eſt idem ius, & diſpoſitio,& ita in Regno practicaẽ,& deciditur?

30 Hęc ad textum,nunc ad Cumiam,& pręſertim circa ea,quæ ego dixi ſupra ex Cumia in meis ſupradictis numeris,& quidẽ,quantum ad numerum ſecũdum, & octauum hic vide ea, quæ dixi ſupra in cap.1.& commentario primo num.19. ad 30. incluſiue, & ſic habebis notatu digna pro ampliatione præſentis materiæ.

31 Adde ſupradictis hic per Cumiam nu.78. & per me hic pariter ſupra propoſitis quæſtionibus num.3.4. & 5. & primo die, quòd quando appellationis deſertio non eſt certa, ſed dubia,quòd ſemper præſumitur pro non deſertione cuius rei occaſione obſerua maximè vtilia, & neceſſaria pro iudiciorũ praxi, & quidem primo,quòd ex gl.in l.1.ff.ſi quis cautionibus,in dubio iudicandum eſt appellationem non eſſe deſertam, deſerta tamen cenſetur multis modis.

32 Primo quotieſcũque rediens pro Apoſtolis,habuit reuerentiales, & infra decem dies non fecit committere cauſas Rot. deciſ. fin. de Appell. in nouis Caſſador. deciſ.4. cod. tit.& Creſcent. deciſ.25.

33 Secundo vbi appellans nõ facit facienda, vide Pute.deciſ.389.lib.2. Guid.Pap.deciſ. 39.& tenuit Rota in vna terracinenſi molendini 13. Nouembris 1592. corã Seraphino, & Achill.de Graſſ.deciſ.11. de appell. additio ad Rot. dec.7.eod. in nouis Creſcent.deciſ.65. Caſſador.deciſ.4.de appell.

34 Limita prædicta in iure communi, quod non dicitur deſerta,ex modico lapſu temporis,videlicet vnius diei tantùm,quia talis exceſſus non habetur in conſideratione Rot. Pedemon.deciſ.12.n.9.Mohedan.deciſ.79.

35 Sed in iſta contingentia facti iudex debet eſſe cautus, & ipſa pars cautiſſima ne inuoluantur ad quòd niſi attendatur, ſit nullitas, & ideo ſciant omnes, quòd eſt pronunciandum ſuper ea,& non ſuper negotio principali,& ſi pars eam nõ opponat, & nullitas fundetur ex iuriſdictionis defectu; Myſing. cẽt. 2.obſeruat.59.allegat textum in clem. ſi appellationem vbi gloſ. & cõmuniter doctores de appellat. & hoc procedit etiã,quoad partes,quæ non poſſunt iuriſdictionẽ ꝓrogare, Cappell. Tholoſ.deciſ.244.

36 Et ad materiã vide eundem Myſing.q nõnulla bona in praxi ponit, in cent.2. obſeruat.60.& additionem 24 Cappell. per citat. deciſ. 244.

37 Obſerua prætcrea,& quidem mirabile dictũ, quòd cũ quæramus de nullitate, & appellatione, vt ſupra, vt in dicto nu.3.4. & 5. videndum omnino eſt ex tex.in cap.in cauſis de ſent.& reiudc.quòd appellatio,& nullitas æquiparanẽ,licet in q buſdã inter ſe diſcrepẽt ꝓut primo appellatione remota nullitas ſublata,nõ cenſeẽ Gayll.obſeruat.135.lib.1.

38 Secũdo quia deſerta cauſa appellationis, nõ eſt deſerta cauſa nullitatis Ann. alleg.93.

39 Tertio quia nullitas euidẽs poterit opponi etiã poſt tres ſententias,non ſic in appellatione Creſent.in deciſ.22.de ſent.& re iudic.

Quarto

40 Quarto quia iudicium nullitatis eſt priùs decidendum, quã appellationis Pute. in dec. 60. lib. 3. & in deciſ. 72. & 82.

41 Quinto quia, in cauſis appellatioois locus eſt inhibitionis, noo autem nullitatis, vbi tales ſunt, quæ altiorem requirunt iodaginem Myſing. cent. 4. obſeruat. 64.

43 Sexto nullitate propoſita, proſequi poteſt licet appellatio fuerit deſerta. Hartmaonus lib. 1. pract. obſeruat. deciſ. 35. de appellat.

43 Septimo, quia nullitas ſine appellatione proponitur, quia iudex ſuperior abſque appellatione, ſed per viam querelæ poterit de nullitate cognoſcere; Hartmann. in deciſ. 35. de Appell. lib. 1. & propterea de oullitate cognoſci poterit, etiam p iudicem coram quo lata fuit ſententia, Myſing. d. cent. & obſeru.

44 quia nullitate omiſſa de principali cogooſci poteſt Hartmãn. in deciſ. 33. io tit. de appell. & hæc ad prædictos numeros, nũc alios proſequamur; & quidem num. 6. & in eo p me dicta, & expreſſata.

45 Et profectò in dicto n. Reſpõdetur, quòd nullitas põt dupliciter teotari videlicet principaliter, vel incidenter, de quo puncto pluries io tribunalibus diſputaui, & allegaui, & ſemper obtinui, vt fuit pro cliẽribus meis de la Ruſſa Agrigentinis contra Vincẽtium de Septimo, & tam in Curia Præturæ vrbis Panormi, quàm etiam in ipſa M. R. Cur. & in ſancto Officio obtinui, quæ fuit magna cauſa tam rerum allodialium, quam feudalium; ſed à pluribus quæ hic poſſem dicere, abſtineo, & in libro meo praxis ſiculæ dicam, ac in meis reportatis.

46 Sèd pro confirmatione prędictorum, dico primo ex magna theorica, & practica, non pęnitenda, quòd ſcilicet dicta nullitas etiam incidẽter tentata, quãdo eſt notoria, ex actis venit cogooſcenda ab ipſo iudice oon ſecus, ac ſi principaliter tentaretur, & hoc ex officio iuridici, & cum iſta diſtinctione, & obſeruãtia hodie decidũt præcipna tribuoalia Chriſtiani orbis, ſed tu vide ex noſtratibus ſiculis Intrigliolum lib. 1. deciſ. 12. per totam, & D. Corſett. q. 16. 99. forenſ. p. 2. Pedemonte deciſ. 23. ou. 10. Franch. deciſ. 321. nu. 12. vbi agit de articulo meri iuris, aut e contra, vide Æmil. conſ. 44. Milaniſ. deciſ. 5. nu. 9. lib. 5. & deciſ. 3. num. 156. eod. lib. & Roland. cõſ. 41. nu. 3. lib. 1. Marſ. conſ. 10. Innocent. cap. cum inter, col. 2. verſ. ſed dic. extra de elect. Ferrertus conſ. 45. & idem Intrigl. deciſ. 46.

47 Et quantum ad conteota in noſtro nu. 7. dico, quod iudex eccleſiaſticus tunc poteſt inhibere ſi fuerit ex parte eius facta præuentio, 9 quomodo intelligatur nota 1. (quòd valet partim ad corrigẽdum partim, ad ampliandum ea, quæ dicit Cumia hic nu. 88.)

48 & funda ſuper cap. licet de foro competente, regulariter iudicem eccleſiaſticum in perſooas laicorum nullã habere iuriſdictionem.

49 Limita primo in caſu noſtri text. vbi laicus laicum ſuper re ciuili poteſt coram iudice eccleſiaſtico conuenire io defectum iuſtitiæ ſæcularis, iuxta tamen declarationes hic a doctoribus traditas; quòd tamen numquã ſcio io actu practico obſeruatum.

50 Limita ſecũdo in laico clericum iniuriante, qui etiam ab eccleſiaſtico puniri poteſt ſecundum Guid. Pap. deciſ. 562.

51 Limita tertio in laico falſum depooente, coram eccleſiaſtico Afflict. deciſ. 219. Cappell. Tholoſ. in deciſ. 321.

52 Limita quarto io laicorum confrateroitatibus, quæ ab epiſcopis viſitari poſſunt ac illarum rectores compelli ad reddẽdum compura. Gratia. Rot. March. in deciſ. 188.

53 Limita quinto in laicis teſtamentorũ executoribus, qui pariter ab Epiſcopo compelli poſſunt teſtamẽta exequi, etiam ſi ipſa legata pia non continerent Cappell. Tholoſana deciſ. 112.

54 Limita ſexto quoties ioter laicos de fœdere matrimonij ageretur; quia tunc iudicis eccleſiaſtici eſt iuriſdictio Maynard. in deciſ. 27. lib. 1.

55 Limita ſeptimo io laico ſtudente in quem ſimiliter eccleſiaſticus habet iuriſdictionem Cappell. Tholoſ. in diciſ. 169. quod valet ad interpretandum text. in auth. habita. C. ne filius pro patre.

56 Limita octauo in omnibus laicorum actibus pijs, tã ſcilicet viuentium, quam ẽt morientium eadẽ Cappell. Tholoſ. in deciſ. 135.

57 Limita nono contra laicum crimen poligamiæ committente de Franch. in deciſ. 36.

58 Limita decimo cõtra laicum ſacrilegum, quod verum iotelligas, ſi eccleſiaſticus præueniat, alioquin ſecus Anton. Faber deciſ. 1. C. de ſacrileg.

59 Limita vndecimo in emphyteoticario, q; quamuis laicus poterit ab eccleſiaſtico compelli, ad reficiendum rem emphyteoticã pul-

chre

chrè Cappell. Tholoſ. in deciſ. 353.
60 Limita duodecimo contra laicum infra
iuriſdictionem ſpiritualem delinquẽtem, ea-
dem Capell. Tholoſ. in deciſ. 378.
61 An vero dictus eccleſiaſticus iudex cogno-
ſcat cõtra laicum vſurarium teneo, quod ſic,
ſed in puncto punctualiter puncta Ludouic.
Apiguer. deciſ. 30. quam omnino videas.
62 Poteſt etiam agere contra ſtuprantẽ puel-
lam videbis Mar. deciſ. 3. lib. 2.
63 Poſtremo in iſto puncto cognitio de vali-
ditate, vel inualiditate penſionum beneficijs
eccleſiaſticis impoſitarum ad iudicem eccle-
ſiaſticum pertinet, Maynard. in deciſ. 44. lib.
1. & Ant. Faber in deciſ. 30. C. de iuriſdictio-
ne omn. iudic.
64 Tandem Cumia a dicto nu. 125. ad num.
138. ſupra memorato noſtro num. 12. proſe-
quitur materiam citationis, & multa dicit,
ac etiam multa deſiderãtur, verum enim ve-
ro cum infraſcripta noſtra obſeruatione in-
ſtar additionis ad materiam per omnia tri-
65 bunalia fere Chriſtiani orbis nihil erit quòd
deſidererur, & primo quidem nota, quod
in l. de vnoquoque ff. de re iud. & ibi Bartol.
dicit, quòd omnes qui verſantur in palatio
ſciunt hãc legem, & quidem verum dicit, ſed
66 ego dico, quòd forte iſte talis nõ ſcit particu-
lares caſus affirmatiuos, & negatiuos huius
regulæ, & ideo ego amico practico laborem
minuo, & ferè omnes præ oculis pono, & qđ
magis eſt cum praxi vniuerſorum tribuna-
lium, & theorica deciſionum.
67 Primo ergo ſcias, quòd fideiuſſor tutoris
debet principaliter citari in iudicio redditio-
nis computi tutelæ, D. Maſtril. dec. 20. p. 1.
68 Secundo principalis mortuo procuratore
litis ad continuandam cauſam Ludou. Api-
guer. deciſ. 172.
69 Tertio in exemplando inſtrumento debet
quis citari, Maynard. deciſ. 43.
70 Quarto in petitione familiæ ad aſſocian-
dum Afflict. deciſ. 326.
71 Quinto in executione ſententiæ ſecũdum
Ludou. Peruſ. deciſ. 6.
72 Sexto victus in adiudicatione Balb. de-
ciſ. 180.
73 Septimo in petitione facta ab aduerſario,
quòd iudex aliquid ex forma legis, vel ſtatu-
ti faciat Benint. deciſ. 55. ſed in hoc volo te
cogitare.
74 Octauo in executione inſtrumenti, etiam
cõfeſſionati Flam. Chartar. deciſ. 95. ſed ego
te remitto ad obſeruantiam locorum, limita
tamen dictum niſi partes aliter cõueniſſent.
75 Nono in foriudicatione, & ſi citatio fuerit
nulla, eſt iterum citandus Vinc. de Franch.
deciſ. 51.
76 Decimo in reaſſumptione inſtrumẽti Af-
flict. deciſ. 6. & Myſing. cent. 6. obſeruat. 84.
Mar. in deciſ. 70. & Cappell. Tholoſan. in
deciſ. 417.
77 Vndecimo fideiuſſor contractus in execu-
tione ſentẽtiæ latæ cõtra principalem. Guid.
Pap. in deciſ. 212. & Carrocc. in deciſ. 136.
78 Duodecimo in exemplatione priuilegij
Mar. in deciſ. 457. par. 1.
79 Tertiodecimo in inhibitione facienda a
iudice ad quẽ iudici à quo, Rot. in deciſ. 26.
de dol. & contumac. in antiquis.
80 Quarto decimo in ſubhaſtatione bonorũ,
etiam interrupta per appellationẽ, & poſtea
pronunciatur eſſe proſequendam nõ obſtan-
te appellatione Anton. Faber. deciſ. 12. in tit.
de inius vocand.
81 Decimo quinto eſt quis citandus, etiam
perſonaliter, quando tractatur de priuatione
alicuius. Verall. deciſ. 114.
82 Decimo ſexto debet quis citari ad viden-
dum iuramenta teſtium idem Verall. in de-
ciſ. 116.
83 Decimo ſeptimo eſt quis citandus de no-
uo à delegato ſucceſſore Gratian. deciſ. 108.
84 Decimo octauo fit etiam citatio ad ſẽten-
tiam, licet non dicatur ad concludendũ Cre-
ſcent. deciſ. 3. de dol. & contum.
85 Decimo nono, eſt etiã neceſſaria citatio,
quãdo proceditur per officium iudicis, Gra-
tian. deciſ. 231.
86 Viceſimo eſt neceſſaria citatio in priuatio-
ne officij, ad dicendum cauſam, quæ citatio
qualiter debeat fieri vide de Franch. in de-
ciſ. 457.
87 Viceſimo primo, citandi ſunt creditores
hereditarij ad videndum confici inuentariũ,
Valaſc. deciſ. 51.
88 Viceſimo ſecundo requiritur citatio, vt ri-
tè poſſit deueniri ad primum decretum con-
tra pupillum, Mar. deciſ. 403.
89 Viceſimo tertio in remedio legis diffama-
ri C. de ingen. & manumiſſ. Myſing. cent. 3.
obſeruat. 86. & non ſatis eſſe vnicam ſed re-
quiri duas dicit Afflict. deciſ. 264.
Viceſimo quarto citatio ad informãdum
eſt

Digitized by Google

eſt neceſſaria, ſed debet prius conſtare de delicto, Viuius deciſ. 121.

90 Limita primò cum octo limitationibus, quas ponit Myſing. cent. 6. obſeruat. 6. & vltra prædictas per Myſing. limita etiam per infraſcriptos modos videlicet ſecundo non requiritur citatio in delatione iuramenti extra iudiciali Theſaurus deciſ. 68.

91 Limita tertio in ſubſcriptione ſententiæ Puteus deciſ. 249. lib. 2. & deciſ. 348. lib. 1.

92 Limita quarto in informatione facienda, idem deciſ. 432.

93 Limita quinto in receptione teſtium ad perpetuam rei memoriã, qñ actor impeditur propter potentiã Capell. Tholoſ. deciſ. 475.

94 Limita ſexto in commiſſario, vel actuario nouo per quem non debet iterum citari pars abſens Minard. deciſ. 28.

95 Limita ſeptimo in ſemeſtri elapſo in additione facienda non requiritur noua citatio Gam. deciſ. 60.

96 Nota, quòd inter alias limitationes Myſingerij præcitati ſunt duæ vna, q non debet citari a fugiens, cui adde deciſ. centeſimam Marci Antonij de Amatis in Rota Marchiæ.

97 Nota ſecundo quòd alia eſt quòd præſens in iudicio nõ dẽt citari, cui adde Balb. deciſ. 382. qui explicat quomodo id intelligatur.

98 Vltimo pro completa huius materiæ cognitione, eſt videndum an inhabilitatione à iuramento, quæ fit ad effectum agendi tantũ dubium ſemper fuit etiam inter iuris interpretes, & etiam hodie eſt inter practicos, & deciſionarios de quo vide Afflictum deciſ. 220. num. 5. & Ant. Fab. in deciſ. 13. in tit. de iure iurand. in Rot. Sabaudiæ, licet contrarium teneant Capell. Tholoſ. deciſ. 62. & Guid. Pap. deciſ. 140. ſed ego teneo cũ Rot. Rom. in antiq. in tit. de iure iurand. deciſ. 8.

99 Sed vt Corodinẽ huic capitulo Ritus fere auream imponamus, quam nullus hactenus ex noſtratibus ſiculis impoſuit.

Obſerua diligẽter, & memora abſq; inuidia, & liuore, lector quiſquis es, ex regnicolis.

100 Quòd etiã ex textu in verbo in quo probauerit debitor ſe ſoluiſſe de ꝓbatione propria, & impropria addẽs cap. 129. infra eod. nam de confeſſione facta in iudicio videtur, q debet procedi per viã cedulæ, vt infra cap. 131. idem ſi fiat coram iudice, vt not. ſcribentes moderni maximè Barbat. in cap. ſi qñ de off. delegat. & Lucas de Penna in l. 2. C. de iure fiſci lib. 10.

101 Obſerua in verbo textus prædicta bona diſtrahantur, & ſatisfiat creditori, & ſic videndum an liceat emere in foro conſcientiæ, res confiſcatas, ſeu ſubhaſtatas, quæ per officiales publicos venduntur, pone exemplum in iſtis pignoribus, quę venduntur in platea per publicos officiales, quia eorum domini non exigerunt ea infra terminum in foro iudiciali, clarum eſt; quòd ſic, vide Bal. & Caſtrenſ. in l. neminem C. de ſacroſ. eccl. qui ſe remittunt ad notata in cap. eos de immunit. eccl. lib. 6. vbi per domin. & Philipp. Frãch. in fi.

102 Obſerua exinde in verbo ſubhaſtatione bonorum, quòd ea non facta venditio eſſet nulla Bald. l. 1. C. ſi propter.

103 Obſerua item in ſolutũ ad pingue valens, quòd hæc eſt materia tituli C. de iur. dom. impetrando.

104 Obſerua, quòd in materia inſolutum dationis eſt notãdum, quod ſi detur aliqua res creditori in ſolutum non ſeruata ſolemnitate iſtius Ritus ſi creditor percipiat fructus ex illa re computetur in ſortem de quo diſputat Alber. de Roſa. in p. 1. ſtatutor q. 67. & 87. cap. 8. omnino vide Bart. in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condit. indebit, quòd dictũ ſequitur Bald. in l. condictio, §. quoniam in 4. col. ff. ſi cert. pet. Hippol. de Marſil. in repetit. l. fin. num. 44. ff. de iuriſd. omn. iudic.

105 Sed in materia ſubhaſtationis, & venditionis pignorum vide Cornẽum cõſ. 79. vol. 3. & ſi res debitoris venditur ad incãtum, ſeu ſubhaſta ꝑ maiori pretio, quam ſit debitum venditio eſt nulla, ita dixit Fulgoſ. conſ. 172. incip. viſo proceſſu, & faciunt ea, quæ accumulat Hypp. de Marſ. in l. fi. nu. 45. cum ſeq. ff. de iuriſdic. omn. iudic. vide l. prima & per totum C. ſi in cauſ. iud. pig. cap. ſit.

106 Poſtremo nota in verb. infra quadrimeſtre tẽpus, an currat ꝯ minores, vide Guid. Pap. in q. 31. & additiones ad eã, & hactenus de hoc Ritus capite vberrime dictum ſit.

Ad Capitulum XVIII. eiuſq; Cõmentarium obſeruatio decima octaua.

1 QVANTVM ad materiã hic notatam cõcordant l. quoties vtriuſq; de reg. iur. & cap. qui prior, eo. in 6. In hoc ſtatuto agitur de re admodum practicabili, & in foro verſatili ſed præter-

2 termiſſis his, quę hic Cumia proponit ſolum
ad materiã addo, quòd hoc loco agit de ma-
teria ꝑlationis creditorum, ſed nimis angu-
ſte; parceq; ideo ſuppleo ad Cumiam hic n.
1. ver. concurſus, & in verbo tex. Concurſus
3 creditorum. Adde pariter priuilegiatorum
hic accipi in obligatione, nõ aũt in concurſu
iudiciario, ſeu in præuentione agendi, nam
regula, q̄ prior in t̄pe potior in iure eſt intel-
ligenda de obligatione, & nõ de alijs, q̄ con-
ſtat ex infraſcriptis primo, quia exinde habe-
tur, quod pares in t̄pe pares ſunt in iure l.
20. §. ſi pluribus, ff. de pignor. act. hinc quę-
4 rit an creditores defuncti qñq; concurrant
cum creditoribus hæredis, vide Bart. in l. 5.
ff. de ſeparat. bonorum, & an creditor habẽs
5 directas ꝑferatur habenti vtiles; Bart. l. 3. C.
de nouat. Item mutuans ad reparationẽ rei
6 obligatæ pecuniam alijs creditoribus pręferẽ
tribus cõcurrentibus videlicet primo, vt no-
minatim in refectionem rei pecunia mutuo
7 data ſit, ſecundo, vt in alium vſum non con-
uertatẽ, tertio vt res refecta exiſtat Gaill. ob-
ſeru. 12. nu. 4. & obſeruat. 25. lib. 2. qñ con-
8 ſtat de debito poſteriori p̄ publicam ſcriptu-
ram poſterior creditor ꝑfertur anteriori cre-
ditori habenti ſolum priuatã ſcripturam, niſi
eſſet trino teſte ſignata; Paul. Æmil. dec. 217.
p. 1. gl. in c. 3. extra de fide inſtrumentorum
Rot. Gen. dec. 13. n. 31. & dec. 188. ſed cum
noſtratibus Regnicolis ſemper ꝑfertur ha-
9 benti priuatam, creditores in cauſa oneroſa
præferuntur, creditoribus ex cauſa lucratiua
Capyc. dec. 78. n. 7.

10 Ex his adde deciſionem in Regno ex con-
cluſione prædicta, quę videtẽ cõis ex Cuman.
in l. priuilegia, ff. de priuileg. creditorum; Al-
ciat. in l. pupillus, quæ in fraudem creditorũ
11 nu. 14. Aſin. de execut. §. 7. c. 47. Guttier. de
iuram. conformat. c. 15. p. 3. num. 19. & 20.
qui dicit ita fuiſſe deciſum, & q̄ pauci Ad-
12 uocati ad hoc ad hoc aduertũt, & ita fuit de-
ciſum ĩ Rot. noſtra Siciliæ in Tribunali Cõ-
ſiſtorij Sacræ Regiæ Conſciẽtię die 21. Iulij
1609. de iure offerẽdi competente creditori
dicam infra alibi.

13 Obſerua optimam Theoricam cum ma-
xima praxi in materia ꝑlationis creditorum,
quæ magna eſt vtilitate referta, & primo ex
tex. in l. maiorem, ff. de pact. Creditorũ con-
14 currentiam hře tres partes primam, quibus
caſibus congruat, de quibus eſt deciſio Af-
flicti 288. ſecũdum, q̃uo fiat, de quo Frãch.
15 dec. 82. tertiam, an creditor hypothecã ha-
bens ex priuata ſcriptura, & apochã tenea-
tur ſtare concurſui maioris partis creditorũ,
7 ſacri conſilij, & reprehendit procuratores neſcientes talẽ formam, qñ enim nõ poteſt appellari, dantur alia remedia inter quæ numeratur ſupplicatio, Gumia cap.43.nu.8.& 9.

8 Et iſta noba ratio, quæ non ſubuenit Cumiæ, nec alijs ſcribentibus hic eſt fundata in ipſa vera eminentia M.R.C.& eſt melior ratione illa ex hoc loco ſumpta, quam dictus Cumia hic aſſignat nu. 2. de remedio reſciſ-

9 ſorio non competente a dicta ſententia M. C. ſed tu conſidera. Dicta tamen appellatio eſt prohibita in cauſis ſummarijs confeſſionis, vel iniunctionis, vel cedulæ ſcripturarum viſione, & ex abrupto in oĩ iudicio, vel primo in M.C.incepto, vel alio mõ ad eã deuoluto.

10 Nota in verbis textus ſẽſerit ſegrauatã, & in verbo ſupplicare, in illo alio verbo pter

11 Obſerua hic,& ſtipulate oīa ciuilia,& oīa
criminalia,& quæùm ad criminalia reducas
oīa,quę fiunt in Regno,ex abrupto,oīaque,
quæ tractātur ꝑ Burgium in ſuo tract.de mō
12 procedendi ex abrupto, & adde præterea, ꝗ
noſtro ſtylo ſiculo correſpondet cap. Regn.
Neapolis incipiens, ſi cū ſceleratis,vbi Māg.
C. Vic. virtute ſuæ præeminētiæ poteſt tor-
quere reos ex ꝓceſſu informatiuo hoc dicit,
13 ꝗ etiam eſt in Regno noſtro vt habeẽ per D.
Maſtrill.deciſ.191. vbi fuit dictū,quod con-
tra officiales cognoſcentes carnaliter mulie-
res cum violentia procedi poteſt ex abrupto,
& ex proceſſu informatiuo.

14 Limita primo, quod non eſt vtendum in
criminalibus tali præeminentia niſi in atro-
cioribus delictis, ita pulchrè de Franchis in
deciſ.143.quæ valet ad text. in l.actus C. de
ferijs.

15 Limita ſecūdo in caſu Affl. in dec.391.vbi
fuit dictum, ꝗ M. C. Vic. non poteſt vti tali
præeminentia, niſi contra latrones inſignes,
diſrobatores ſtratarum,incendiarios,violen-
tos raptores,& his ſimiles.

16 Limita tertio,in caſu D.Maſtrilli dec.166.
vbi fuit dictum, quod cōtra mutilantes mē-
brū poteſt procedi ex proceſſu informatiuo.

17 Diximus de criminalibus, nunc de ciuili-
bus,& primo obſerua,quòd ex Concil. Trid.
ſeſſ.13. can.1. de reformat. a ſnīa interlocu-
toria appellari non poteſt,niſi contineat gra-
uamen irreparabile,& tale grauamen eſt ho-
18 die ēt carceratio iniuſta Maynard.in dec.25.
lib.2.itaq; cenſuit ſacra congregatio. Secun-
dū decretū de torquendo, Anna allegat.82.
quā nota ad textū in l.2.ff.de appellat. recip.
19 Tertio cōpromiſsū eſſe aliquid faciendū,
vel nō Monald.in cōſ. deciſ.39.p.2. Quarto
20 condēnatio ad triremes pulchrè de Franch.
deciſ.139. quintum decretum decollationis
vel ſuſpenſionis Capp. Tholoſ.in deciſ.430.
21 Ob dignitatē enim,& ꝑeminentiā M.R.C.
in his ſnījs non licet appellari, bene tñ recla-
mari,& ſupplicari pōt,ratio remota eſt,q̄a a
ſnīa principis ſenatus,cōſilijque, aut regimi-
nis ſola licet ſupplicatio; ratio ēt ꝓxima eſt,
q̄a prohibita appellatione non eſt prohibita
ſupplicatio Marſil.ſing.647.Roland. Auall.
conſ.94.lib.1.& Polyd. Rip.obſeruat.334.
22 Ratio autē in puncto eſt,q̄a conſiliū,& re-
gimen non hēt ſuperiorē, niſi via reuiſionis,
ſeu ſupplicationis,ita d. Rip. vbi ſupra.

Ad Capitulum XXIIII. eiuſque Commentarium obſeruatio vigeſima quarta.

1 CONCORDAT cū c.auditis extr.de
procurat.& cum dictis per Bar. in l.
vinum ff.ſi cert.pet.& in l.1.q.ſi.C.
de ſent.quæ pro eo,ꝗ intereſt,& cum cap.de
teſtam. & ibi Abb. & cum not. ꝑ canoniſtas
in cap.1.& in iure ciuili cum l.defenſionis. C.
de iur. fiſci & l. 2. C.de ſent. quæ ſine cert.
quant. profert, & cum alijs ritus cap.69.96.
101.& 119.& 120.
2 Statuti pręſentis intentum eſt ꝗ executio
breui manu fieri pōt non ſolum ob debitū li-
quidum, & purum, ſed ēt ſi in prōptu liqui-
dari poteſt,vt ſi quis vendat centum vini do-
lia,& in defectu ad pretium facta probatione
in promptu prius ꝓcedat executio in pretio,
& aduerſus dictā probationē, ſeu liquidatio-
nem nō poſſit ſe opponere debitor, niſi infra
quindenam, & facta executione, non autem
3 antea, tamen hodie de cōſuetudine nulla fa-
cta liquidatione executio fit, & infra quin-
denam fieri poteſt liquidatio.
4 Et ea, quæ ad materiam, in qua executio
fit primo loco ad ſpeciem.
Secundo vero loco ad pretium,& ad inte-
5 reſſe, vide Cumiam hic nu. 8. & an ſine par-
tis citatione poſſit liquidari pretiū, & extre-
ma fieri nu.9.non obſtante pacto de non op-
6 ponendo.nu.10. ſi actor petens executionem
inſtrumenti prędicti,& ad liquidandum ha-
buerit terminum ad probandum vtrique co-
demmet durante termino poteſt probari cō-
trarium hoc ſtatuto in nihilo obſtāte nu. 18.
& quod pactum de non opponendo non ob-
ſtabit non eſt adiectū,vt includat liquidatio-
7 nē.nu.14.& ꝗ de dicta liquidatione nō ſeruet
tātus rigor cōſtat,quia ēt de ea pōt appellari,
vel ab ea ſe grauari pars conuenta, & graua-
men ꝓponitur infra decem dies, ſicut appel-
latio Cumia ſuperiore cap. in num.8.
8 Quęſtio frequēs: ſi mercator ſe obligat por-
tare triticū,vel alias mercimonias cū eius na-
ui, & illa nauis a Rege, vel eius officialibus
ſit impedita ad quid tenetur ille mercator?
Reſpōdetur,ꝗ ad nihilū teneẽ,rō eſt multi-
plex non ſolū q̄a difficultas ſuperueniens ex-
cuſat ex allegatis ꝑ Cumiā hic nu.24.ſed q̄a
(quod ſit inſtar additionis) aliæ vrgentio-
res

Digitized by Google

res cauſæ, & iura afferri poſſunt primo ex eo,
quia dictus defectus eſt oino extrinſecus re-
motus, & fortuitus, & a potentia nauicularij
ineuitabilis, & non obſtat, quod in cõtracti-
11 bus oneratorijs nauium pariter, & aſſecuta-
torũ eſt obſeruanda mens ꝯhentium, ſicut in
12 alijs ꝯtibus conditionalibus ex cõuentione
puta in eo caſu ſi tuleris frumentũ, cum tali
nauigio, & non aliter l. in conuentionibus, ff.
de verb. oblig. Santer. de Aſſecuratorib. p. 3.
nu. 38. Rot. Ien. deciſ. 25. nu. 1. & 2. & 20.
13 Quia iſta pactitatio, ſeu aſſecuratio onera-
tiua non extendit de caſu ad casũ in l. ſi vnus
§. ante oĩa ff. de pact. & Rot. vbi ſupra nu. 6.
textus in l. ſi in pignor. vbi Bald. ff. de fideiuſſ.
Menoch. conſ. 246. nu. 10. late Caualc. dec. 5.
nu. 31. lib. 2. ex quibus vr̃ inferri, quod ſaltem
aſſecuratores, & oneratores, ſeu emptores nõ
eligiſſent talem, vel talem nauim.
14 Sed ad hoc reſpondet̃, ꝙ ẽt data talis nauis
electione tunc nauicularius, ſeu nauta nõ te-
net̃, quia eſt caſus ineuitabilis, & impunibilis
ꝑ text. in l. 2. ff. de adminiſtrat. rerũ ad Ciuit.
pertinent. & l. q̃ fortuitis C. de pignorat. act.
& Sebaſt. Medic. tract. de fortuitis caſibus p.
1. q. 12. per totã, & late dicã in libro meo pra-
xis Siculæ q. 2. ſed in materia aſſecurationis
vide tex. in l. 2. C. de nautic. fœnor. Rot. Gen.
deciſ. 25. & 73. Valaſc. deciſ. 18. Luſitan. Ru-
bin. deciſ. 99. Valaſc. deciſ. 64. Sal. dec. 149.
D. Caſtill. dec. 3.
15 Quæſtio ſecũda hodierna, & neceſſaria hi-
ſce noſtris tẽporibus an is, qui tenet̃ ex cõtra-
ctu ad metã frumentorũ, & nõ facta cõſigna-
tione tẽpore debito ꝑ quo creditor executio-
nẽ fecerit ad pretiũ, & debitor vult dare fru-
mentũ, an inquã, audiat̃? deciſio huius quæ-
ſtionis vr̃ haberi ex text. in l. ſi q. s ſtipulatus
fuerit decem, in melle. ff. de ſolut. ꝙ videlicet
16 antequam agat̃ ex ſtipulatu poteſt ſolui mel,
ſed ſi ſemel actũ ſit, & petita decẽ fuerint am-
plius non põt, ratio ex glo. eſt, quia pretiũ eſt
in obligatione, mel vero eſt in ſolutione tan-
tum; & legit gloſſ. particulam, in ideſt, aut,
quod videlicet vnũ, vel alterum poſſit ſoluere
17 ipſe debitor, ſed dũmodo non ſit facta electio
ꝑ creditorẽ in pretio, cui acquiſitũ eſt ius ad
illud Bart. & doctores ibidẽ plura dicunt, no-
tatu digna (quę non debẽt hic ex profeſſo di-
ci, quia ꝑ ſe volumen fuerent, ꝙ eſt cõtra no-
ſtrum inſtitutũ) ratio quia vnum eſt in obli-
gatione, & aliud in ſolutione, illud petitur, ꝙ
eſt in obligatione, ſed ſi vtrumque eſt in obli-
gatione vtrumque peti poteſt l. 6. §. decem ff.
de re iudicata.
Obſerua hic materiam liquidationis.
18 Dico primo, quòd iſta materia liquidatio-
nis adeo frequenter contingit, vt nulla ſit ferè
dies, quin tractetur de ea, & nota quòd hic ri-
tus noſter in facto liquidationis fraternizat
19 cũ ritu M. C. Vic. Neap. 166. quare quæritur
nouiter, & primo an filius poſſit liquidare in-
ſtrumentũ contra patrem, via ritus Vinc. de
20 Franch. inclinat in partẽ negatiuã, ratio præ-
cipua eſt, quia hæc cauſa eſt ad inſtar crimi-
nalis in deciſ. 162. & an genet cõtra ſocerum,
qui eſt loco patris poſſit liquidare reſpondet
affirmatiue in deciſ. 366. & Menad. dec. 2. lo-
co patris poſſit liquidare, reſpondet affirma-
tiue in deciſ. 366. & Menad. deciſ. 2.
21 Et an creditor contra procuratorem, qui
procuratorio nomine ſe principaliter obliga-
uit, reſpondeo, quod ſententia poteſt ferri cõ-
tra eum, non tamen fieri executio, vt ait Affl.
in deciſ. 64.
22 An vero inſtrumentum poſſit liquidari,
quando ſit facta ſolutio creditori per viam
venditionis bonorum ſequeſtratorum ſub-
haſta venditorum, quo caſu datur cautio a
creditore de reſtituendo cui, vel quibus, &
quando, & ſic tamquam ei non plene ſatiſ-
23 factum cum receperit pecuniam reuocabili-
ter, reſpondetur negatiuè fideiuſſione tamen
eidem a debitore præſtanda ita pluries deci-
ſum refert de Franch. in deciſ. 200. & vtrum
inſtrumẽtum dotis poſſit liquidari iuxta for-
mam Ritus? negatiue dicit Viuius in deciſ.
39. ratio eſt, quia non cenſetur liquidum, ſed
portionatum.
24 Num habilitatio à iuramento, in contra-
ctu in quo eſt renunciatum exceptioni præ-
uentionis impediat, quo minus inſtrumen-
tum via ritus liquidari valeat? dic, quòd mi-
nimè impedit, ſed operatur ad effectũ agendi
tantum de Franch. in deciſ. 670. p. 4.
25 An vero pro litteris cambij poſſit agi via
executiua, diximus ſupra, quod ſit, & in pun-
cto vide D. Maſtrill. deciſ. 9.
26 Vtrum agens via ordinaria, ſibi præiudi-
cet in executiua, & ſic per conſequens via Ri-
tus, deciſio affirmatiuè Mõter. in deciſ. 22. &
Maſtrill. in deciſ. 157.
27 Et an filius familias citatus ſuper tenore in-
ſtrumenti ſi opponat beneficiũ, ꝙ cũ eo poſſit

incarcerari? negatiuè de Franchi. in dec. 221.
28 An quãdo debet reſcindi inſtrũm ſit reaſſumendum in publicam formam? Affirmatiuè Ann. in ſing. 252.
29 Poſtremo an fideiuſſor, q ſoluit poſſit cogere creditorem ad liquidandũ inſtrũm ꝯ ſuũ principalẽ? deciſio eſt negatiua 353. de Frãc. quia ſatis eſt ſi ei cedantur actiones.
30 Nota in verbo text. & ita de pretio aliarũ rerũ debitarũ, qđ eius diſpoſitio valet ẽt non obſtantẽ pacto de non opponendo. Bald. in l. 2. C. de executione rei iudic. & ita obſeruatũ eſt in M. R. C. Caccialup. in repet. l. Admonendi, ff. de iureiur. col. 15. Hypp. ſing. 168.
31 Nota etiam in uerb. tex. tenetur ad x. ſalmas frumenti, & in defectu ad pretium. vide Pariſ. conſ. 87. col. fi. vol. 4.
32 Adde prædictis de liquidatione Ang. in §. Curare. col. 6. inſt. de act. Dec. cõſ. 322. Corne. conſ. 223. lib. 2. Barbat. in c. ſignificantibus, col. pe. de libel. oblat. Caſtrenſ. conſ. 165. lib. 2. Barbat. in leg. 2. §. & harum; col. 8. ff. de verb. obl. Affl. dec. 316. & 205. & vtrobique habetur de intereſſe, & de liquidatione.
33 Vide Bertaz. in verb. citatio requirit verſ. 37. & in uerb. liquidatio, & Dec. in l. certè cõditio, n. 7. & ſeqq. ff. ſi cer. per. & intereſſe ꝓbarũ, hẽt executionem paratã, Bart. in l. 1. in fi. ff. de leg. 2. Curt. in l. 1. n. 44. C. de ſent. q̃ Couar. lib. 2. c. 11. n. 1. var. reſol. An executio habeat locum ꝯ tertium poſſeſſorem, vide Marant. Cart. 178. n. 38. in ſua pract. pactũ, quod de intereſſe ſtetur dicto partis cum iuramẽto, vel vnius teſtis reducitur ad arbitriũ iudicis. Affl. dec. 91. Couar. lib. 1. c. 13. nu. 1. variar. & plura dicere non placet.

Ad Capitulum XXV. eiuſque Commentarium obſeruatio vigeſima quinta.

1 PRO concordantia præſentis capituli cum vtroq. iure, aſſigno tibi oĩa, quę obſeruo ĩ corpore obſeruationis, quę memoriæ ſunt diligenter tradenda.
2 Optima eſt doctrina pręſentis ſtatuti, & ad plurimorũ caſuũ deciſiones in Regno frequẽtes maximè cõfert, ſed nota attẽtè, & ſtudioſè, ad ea, q̃ dicit Cumia, & obſerua pariter adnotata ꝑ tuũ Ciminũ, & quidẽ primo habetur materia exceptionũ dilatoriarũ, & peremptoriarum, nec non anomalarum cũ ſuis annexis, & connexis, de quibus nos diximus ſupra.
3 Secundo etiam materia expenſarũ iudicij,
vel extra, & de earũ taxatione, & de modo eã
faciendi, quæue ad ea requirant nec ne, & qbus perſonis ſint debitæ, & an aduocato litiganti in cauſa ꝓpria, vel in eo, q gratis patrocinium accepit, & quid, qñ in ꝯctu eſt adiectum, ꝙ debitor teneat ad expenſas litis, vel propter litem, vel ad omnes expenſas, & hęc, & alia ſimilia vide hic latiſſime.
4 Verum nos aliquas excitamus, qõnes quibus maximè praxis, & Theorica huius capitis reuiuiſcat, & quidem primo videri occur-
5 tit, an debitor Clericus Conuentus a creditore Layco, & qui ei non opponat declinatoriam fori, & magiſtratus, nec ĩ principio, nec in fine iudicij, & de eo, qui opponit in medio litis, an iſto medio oppoſita teneatur Cleri-
6 cus ſaltem ad expenſas?
Pro quo dico primo, & ſit præmiſſum neceſſariũ, ꝙ qñ opponit de incompetentia iudicis, ipſe Iudex regulariter cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, ſed iſta regula limitat in nouẽ
7 caſibus, de quibus Antonius Corſettus antiquus Siculus, qui fuit Lector in ſtudio Patauino, & tex. & ibi doctores in l. ſi quis ex aliena, ff. de iudicijs, & cap. ſuper litteris. de re-
8 ſcriptis. Sed in puncto clerici dico, ꝙ ſtatim ꝙ conſtat eſſe clericum, & ipſe opponit dictã declinatoriam fori, tunc Layci iudicis ſilet
9 tribunal, & exceptio iſta an ſemper poſſit opponi vſq. ad litis conteſtationẽ, & in caſibus in qbus lis non cõteſtat? Dico, ꝙ põt opponi vſq. ad ſnĩam. Bart. in l. ex quacunque in re-
10 petitione n. 19. ff. ſi quis in ius uocatus, & in l. 33. ff. de iud. & l. fi. C. de excep. & Iudex lai-
11 cus tribus in caſibus habet poteſtatẽ in clericũ, de quo vide Guid. Pap. q. 562. & clericus falſum deponẽs corã iudice laico ꝑ ipſum nõ punit, ſed remittit ad eccleſiaſticũ; Affl. dec. 230. & ſic cognoſcis vires fori clericalis, & hodie tàm in criminali, quam in ciuili cauſa
12 clericus non põt conueniri corã iudice ſęculari Auth. ſtatuimus, C. de epiſc. & cler. ſed in
13 puncto, an clericus, de quo Cumia, ꝙ ſe ſubmiſit alienæ iuriſdictioni poſſit pœnitere, & qđ ſi promiſit forũ non declinare. vide Guid. Pap. q. 77. & dic, ꝙ non poteſt ſe ſubmittere,
14 nec valet renũciatio, vide additionem ad dictum Guid. Pap. ibidem.

Ob-

15 Obſerua preterea in verbo tex.debitorē nō
citato,&c.ea,q̄,dicit Roma.ſing.306.& ſeq.
& Iaſ.in l.certi cōditio col.2.ff. ſi cert. petat.
vide in iſta materia pulchrè tradita p Hypp.
de Marſ. in l. patre n.41. cū ſeq.ff.de qōnib.
16 & an ī executione requirat̄ citatio de iure. vi-
de Fel. in c. ex ratione in verſ.6.& vlt. de ap-
pell.ſed vide Hypp. in repet.l.de vnoquoque
17 n.84. ff.de re iud. pro intelligentia huius ca-
pituli, vide ēt Ang. de Aret. in §. appellantur
col. 26. verſ. ſi exceptio dilatoria ſit oppoſita
inſt.de except.& Dec.conſ.241. in Auth.quę
18 ſupplicatio. C.de precib. Imper. off.
Obſerua in materia expenſarum cā litium
factaiū hic quod eius materia eſt in l. prope-
randū,§.ſiue autē C.de iudicijs. & vide The-
ſaur.dec.67.Senat. Pedem. & q ibi ſolui de-
bent, vbi iudicium agitatū fuit Caputaq. in
dec.342.p.1. & quòd nō debēt ſolui, niſi cā
determinata. Idē Caputaq.in dec.341.p.1.
19 Et an expēſę veniāt reficiēdę data pceſsus
nullitate eſt deciſio affirmatiua Affl. dec.70.
20 Et an refici debeant in mutatione iudicij
deciſum eſt affirmatiue, cum temerarius eſſet
mutās,ſecus nō, Card. Pute.dec.374.p.2.
21 Et ān per litis renūciationē ſint reficiēdæ
deciſum affirmatiuè. Capp.Thol. in dec. 17.
22 Et an debeant̄ ſi ſint ante reperta inſtra fa-
cta deciſū cū diſtinctione Theſaur. dec.73.
23 Et an debeant̄ inita inter partes trāſactione
de negotio principali? Deciſum affirmatiue.
Myſing.cent.4.obſeru.48. & inſtantia perē-
pta an debeant̄ ab eo,cuius facto perijt? deci-
ſū affirmatiue Flam.Chart.ī dec. Rot.Ien.24
24 Et an expenſę Aduocatorū,& Procurato-
rū,qui gratis ſeruierunt peti poſſint deciſum
affirmatiue, ſi remittuntur animo remunerā-
di,aliàs non, domini de Rota, in dec. 38. in
tit. de ſent. & re iud. in antiq.
25 An vero expēſæ attentatorū taxari poſſint,
antequam pronuncietur in principali, affir-
matiue, D. de Rot.in dec.37. eod.tit.
26 Obſerua,quòd actor ſubcūbens ſemper cō-
demnatur in expenſis, Gram. in dec. 83. ſed
tu cogita,quia ex dictis ſuperius alibi per nos
in hoc Ritu non ita res ſe habet.
27 Sed ſi victus iuſtam habeat cauſā litigan-
di,an condemnetur in expenſis deciſum affir-
matiue, Polyd.Rip.in obſeru.62.
28 An abſens ſit ſemper condēnandus in ex-
penſis ſiue ſit actor,ſiue Reus? Deciſum affir-
matiue. Myſing.cent.4.obſeru.67.

29 Et an expenſarum cōdēnatio fiat propter
mendacij labem? deciſio affirmatiua. Af-
flict.126.
30 Et an ſi omittatur in poſſeſſorio,poterit in
petitorio fieri,deciſum negat. Do.de Rot. in
dec.40. de ſent. & re iud.
Et an ea non facta in ſententia nō cenſeat̄
31 victus ab expenſis abſolutus deciſum negati-
uè,Flam.Chartar.in dec.1.& an expenſarum
32 condemnatio facta contra plures intelligat̄,
vt vnuſquiſq. pro rata teneat̄, Deciſum affir-
matiue, idem Chartar. dec.28. & Caputaq.
in dec.343. p.1. & quid e contra ſi expenſæ
33 litis debeantur p rata victorię deciſum nega-
tiue, Flam. Chartar.in dec.57. Boer.tū ī dec.
34 74. dicit deciſum, q reus in his, ī quibus ſub-
cubuit quāuis in alijs abſoluat̄ condēnari de-
bet in expenſis, & Iudex debet victum in ex-
penſis condēnare ēt quādo ex officio pcedit
Creſcent. in dec. 1. vt lit. pend.
35 Item an in ſufflationē ſpiritus vitę obtinēs
teneatur ſoluere expēſas, deciſum affirmatiue
Grā.dec.91.& Triuiſ. Rot. Vene. ī dec.62.p.1.
36 An Aduocatus,& Procurator in cauſa p-
pria licitè expenſas a victo poſtulet deciſum
negatiue, Do.de Rot.in dec. 451. in titu. de
ſent. & re iud. in antiq. & Myſing. obſeruat.
2. cent. 1.
37 Et an expēſę litis ſint decernēdę decretis ali-
mentis affirmat. Caputaq. in dec.309.p.1. An
miſſio in poſſeſſionē fieri poſſit p expenſis li-
tis Deciſio negatiua Franc. Marc. in dec.391.
38 Poſtremo an fiſcus indebite aliquē mole-
ſtans veniat in expenſis dānis, & intereſſe cō-
nandus, & quidem pro parte affirmatiua fuit
deciſum apud Viui. in dec.479. & mihi maxi
mè placet, ſed videndū de conſuetudine loci.

Ad Capitulum XXVI. eiuſque commentarium, obſeruatio Vigeſima ſextaa.

1 CONCORDAT cum nota. p Do-
ctores in l.2.C.de Conuēt. fiſcal. &
l.2.C.quand. fiſc. vel priuat. & text.
in l.nomen C.quæ res, pign. oblig. poſſ. & p
concordia vide Alex.conſ.15.lib.6.
2 Pulchra eſt frequens, & quotiana doctrina
hui⁹ capituli, q̄ infraſcriptis cōprehēdit̄, pri-
mo, q a cōuēto principali debitore,eiuſq. bo-
norūmobiliū, & ſtabilium facta diſtractiion

creditor agit executiue, cōtra debitorem de-
bitoris, vel fideiuſſoris.
3 Secundo hoc eſſe ēt de iure cōi, ex quo ad
nomina debitorū non pōt veniri, niſi in ſub-
ſidium, nā primo loco bona mobilia, ſecūdo
vero ſtabilia, tertio autē nomina debitorum,
4 ſed hic ordo ſeruaī limitatiue, niſi gñeraliter
expreſſe, vel ſpecificè eſſet obligatū, q̄a tunc
ſine excuſſione pricipalis, principaliter cōtra
dicta nomina debitorū deueniri pōt, non ſe-
cus, ac ſi agereī ex iure ceſſo, ſed de hoc cogi-
ta cum noſtro Cumia nu. 9. ſed diligens bo-
5 norum perſpectio, & inquiſitio fiat dato ter-
mino principali debitori ad oſtēdendū bona
ſua, q̄bus elapſo termino non exhibitis, agiī
cōtra nomina debitorū, vel nuncio accedēte
ad domū debitoris ad reperiendū bona, quo
reuerſo, & facta relatione de non inuentione
bonorū agitur ꝯ nomina debitorū, vel ꝯ ter-
6 tios poſſeſſores, ad q̄ſtionē vero an creditor,
q̄ agit, alio reſpectu ſit debitor, poſſit ēt agere
ꝯ talia nomina debitoris, & an dicta nomina
poſſint vēdi, & pignorari, vide hic Cumi. nu.
7. & 11. & adde his primo, quod fideiuſſor, q̄
ſe principalē conſtituit non pōt ſe tueri exce-
ptione excuſſionis Capp. Tholoſ. q. ſeu dec.
23. & ibi in add. vel ſi renunciauit exceptioni
7 ordinis ead. Capp. Tholoſ. q. 130. licet cōtra-
riū ſcribat eadem Cappell. q. 89. ſed hodie in
Regno in dicto fideiuſſore nō eſt dubiū, q̄ nō
poſſit cōueniri, vt pricipalis & c. vt ſupra di-
ximus artū, hoc fallit virtute huius capituli
in fideiuſſore fideiuſſoris ꝯ quē dēt fieri exe-
cutio facta excuſſione pricipalis, vt ſupra ſed
beneficiū huius excuſſionis nō cōpetit actu,
ſed aptitudine, & ſpe, q̄a beneficium nō daī
niſi vrgēte creditore ad ſolutionē, & tpe litis
cōteſtatæ Caball. Milleloq. 380. auth. p̄ſente
8 de fideiuſſorib. nota in verb. text. ꝯ tenorem
ꝯtus neget, q̄ fideiuſſor ſoluēs ex ꝯtu nullo
an poſſit repetere, & videri debet ſi ſpōte, vel
coacte ſoluerit, & hac p̄euia diſtinctione re-
ſolue ex deciſ. 149. n. 4. & 5. Affl. & talē fide-
9 iuſſorē teneo, q̄ poſſit petere executionē ſnīæ
ꝯ principalē obtēta prius ceſſione, ēt ſine alio
10 p̄ceſſu. Boer. in dec. 277. nu. 4. ſed facta ſolu-
tione p̄ iſtū tertiū debitorē puta fideiuſſorē
fideiuſſoris intelligiī facta nomine ſui prin-
cipalis, & cedit in cām p̄ qua ipſe fideiuſſor
interuenit, & non in aliā Papon. lib. 10. tit. 5.
11 arreſt. 6. & ſic non deberet cedere in cauſam
debiti primi creditoris cōuenti per actorem.

12 Et an ſi ipſe vltimus debitor videlicet fide-
iuſſor ſoluat non excipiendo p̄ exceptiones
cōpetens ſuo principali poſſit regredi contra
principalē, & petere ab eo, Magon. dec. Luc.
92. decidit latiſſimè, quare eum vide.
13 Obſerua ad ſupradicta ī materia excuſſio-
nis in iure cōi, quòd ēt valet in iure Regni in
terminis puri fideiuſſoris, p̄ quo dico primo
ex gl. in l. vbi ad huc C. de iur. dot. in verbo,
qui non potiora in quęſtione illa vbique fre-
quēter agitata an mulieri agēti pro ſua dote
contra tertios poſſeſſores obſtet exceptio di-
ſcuſſionis affirmatiuè deciſum, ait, Franc. in
deciſ. 270. & ſecuta eſt Rot. Marchiæ deciſ.
61. Gratian.
14 Amplia vt ēt obſtet habenti ſuper re ſpe-
cialem hypothecam de Franch. deciſ. 587.
Theſaur. deciſ. 51. amplia ſecundo etiam ſi
15 ageretur ſummarie, & ſola facti veritate in-
ſpecta, Oſaſc. deciſ. 2. Theſaur. deciſ. 52.
16 Limita in caſu D. Maſtrilli deciſ. 10. vbi
egregiè vt ſemper ſolet.
17 Limita ſecūdo, qū mulier ageret Saluiano
interdicto, vtili cōtra poſſeſſores pro ſuis do-
tibus Marta in deciſ. Piſani 149.
18 In Saluiano vero interdicto excuſſio non
requiritur Theſaur. in deciſ. 175. Grat. in de-
ciſ. 16. Rot. Marchiæ, facit Ioſeph Ludou. in
deciſ. Peruſ. 45.
19 Sed regulariter non pōt agi contra tertios
poſſeſſores, niſi excuſſo principali debitore;
Capyc. in deciſ. 54. Ioſeph Ludou. in deciſ.
45. Peruſ. Gayll. obſeruat. 27. lib. 2. vbi regu-
la text. in l. hoc ſi debitor, C. de pignorib.
ampliatur in ſex caſibus tamē excuſſionis ex-
20 ceptio cum dilatoria opponi debet antę litē
conteſtatam Oſaſc. in deciſ. 44. Guid. Pap. in
in deciſ. 570. Capp. Tholoſ. in deciſ. 81. &
Rot. Gen. deciſ. 78. aliquid per Boer. deciſ.
221. Papo. lib. 10. tit. 4. arreſt. 21. Gayll. ob-
21 ſeruat. 27. lib. 2. an quando opponitur lite iā
conteſtata vide Card. Pute. deciſ. 188. lib. 1.
22 Fallit tū regula prædicta in multis caſibus
in quibus non competit talis exceptio.
23 Primo videlicet ex ſtāte iuramēto Borgni-
ni in dec. 27. cōtrarium tū tenet Capp. Tho-
loſ. deciſ. 139. conciliat tū Theſaur. dec. 166.
24 Fallit ſecundo ſi debitor principalis ſoluē-
do notoriè non ſit Afflict. deciſ. 318. Capp.
Tholoſ. dec. 197. Verall. dec. 272. p. 2. & no-
toriū quem piā non eſſe ſoluendo probatur
per librum æſtimo Guid. Pap. deciſ. 432.

Fallit

Digitized by Google

25 Fallit tertio inter mercatores Boer.in dec.
221.aliquid ꝑ Ioſeph Ludo.dec.45. ſupra
citata nu.12.
26 Fallit quarto ſi illi ſpecialiter fuerit renun-
ciatum, idem Guid.Pap. dec.94.
27 Fallit quinto qñ eſt difficultas in exigẽdo.
Fallit ſexto in fideiuſſore de iudicatũ ſoluen-
do, vtrũq. eſt apud Boer.dec.277. Papp.lib.
10.tit.4.arreſt.24.& 26.
28 Fallit ſeptimo, in inſtr̃o in quo adeſt pactũ
de capiendis bonis ꝓpria auctoritate Capy.
d.dec. 54. Guid. Pap.dec.432.
29 Fallit ꝯ abſentem Ioſeph Ludou. dec.21.
Gayll. obſeruat. 27. lib.2. & quis dicat̃ ab-
30 ſens vide Rot.Gen. in dec.40. & quõ probet̃
vide Franc.Marc.in dec.231.p.2.
31 Vide practicam Papienſem in libello in
action.hypoth. in verb.exceptio excuſſionis
col. 2. in fin. & in leg. diuo Pio, §. in vendi-
tione, ff. de re iud.

Ad Capitulum XXVII. eiuſq; Commentarium obſeruatio vigeſima ſeptima.

1 CONCORDAT cũ l. hęredis ap-
pellatio, & l. hr̃dis appellatione, ff.
de verb.ſign.& l.qui ꝑ ſucceſſionẽ,
ff.de reg.iur.quæ tradit hoc capitulũ iuri cõſ
cõſentanea eſſe nemo, qui iuris mediocriter
2 ſit peritus, ibit in inficias; ſed id qđ hic noto,
cũ ipſo Cumia eſt, n.2. qđ hæres debitoris,
vel fideiuſſoris ope inuentarij, legaliter facti
dando, & exhibẽdo bona hr̃ditaria defuncti
3 eius creditori, & non tenet̃ in bonis ꝓprijs,
q̀ ẽt militat ſi daret nomina debitorum, nã
ex vi iuris inuentarij recte facti creditori etiã
inuito, nomina debitorũ in ſolutũ dare po-
4 teſt, & liberatur, & hæc ſunt leuamina, qui-
bus fulcitur hæres diſcretus, & honeſtus, ei
enim multæ reſultant vtilitates, de quibus
Matthefil.ſing.156. in addit. Rebuff. in ſuis
commentis in tract.de ſent. prouiſ. art.3. gl.
3.n.13. Oſaſc.dec.181. n.13. & nota caute-
lã Pappo.lib.21.tit.10. arreſt.1. q̀ hæres cũ
5 beneficio legis, & inuentarij tutius agendo
dẽt impetrare reſcriptum à Principe ſup cõ-
fectione inuentarij, q̀ deſeruit ꝓ multorum
caſuum contingentia, q̃ in dies euenire poſ-
6 ſent, ſed qñq; hoc non obſtante hæres vr̃ te-
neri vltra vires hr̃ditarias puta ſi ꝓprio no-
mine ſe obliget, quòd punctũ diſputat Vinc.
de Franch. dec.323. p.2.
Item hæres, qui vigore dicti beneficij eſt
7 munitus, & ſoluit primo creditori veniẽti, nõ
poteſt ab alijs creditoribus hr̃ditarijs cõueni-
ri ſi nihil hr̃ditarium poſſideat; ſi ſoluerit de
bonis hr̃ditarijs, vti hæres cũ ipſo beneficio,
alias ſecus, Frãcus dec.271.p.2. bonis defun-
cti facta coram iudice citati, quorũ intereſt,
gl.3. Caſſan.conſuet.Burgũd. tit. de ſucceſ-
8 ſionib.& Pap.lib.21.tit.10.arreſt.25. q̃uis in
cõfectione Inuentarij non ſit neceſſaria pñſen-
tia iudicis ſm Bart.conſ.154.lib.1.nu.7. ſed
hęres dẽt ponere non ſolũ res teſtatoris ĩ in-
uentario, verũ ẽt oẽs alias ab eo detentas, ex
quacunq; cã l. 20. §.fi. ff. de petit. hęr. & ibi
Bald. & hoc inuentarium corruit, niſi adſint
9 teſtes, qui cognoſcunt hr̃dem, & videant res
hr̃ditarias, & niſi à principio vſq; ad finẽ in-
uentarij interuenerint Natt. ubi ſup. & cõſ.
10 214. tom.1. & durante tp̃e dato ad conficiẽ-
dum inuentariũ hęres nõ põt conueniri ſi de-
clarauerit ſe eſſe hr̃dem cũ beneficio inuenta-
rij Pappo.d.lib.21. tit.10. arreſt.7. & 8. Ipſe
tñ hæres alios conuenire põt Capp. Thol. q.
11 258. Ratio eſt, q̃a dũ hæres intendit inuen-
tario nõ dẽt inquietari a creditoribus Boer.
dec.10.n.3. & Capp. Tholoſ.d. q.258. p.21
E contra vero hęres nõ conficiens inuẽtariũ,
12 vel peccans in eius confectione tenet̃ inſoli-
dũ creditorib⁹, & legatarijs ẽt vltra vires hę-
reditarias; fallit in quatuor caſibus, de qui-
13 bus Matthesl.ſing.156.in addi. quẽ videre nõ
ꝑtermittas, & is, qui non obſeruat formã cõ-
ficiendi inuentarium non gaudet eius bene-
14 ficio. Ægid.concl.279. Tempus conficiendi
inuentariũ ait, eſſe Cumia, n.3. & ſeqq. & n.
8. & 9. triũ menſiũ ſi bona ſunt pñſentia; ſeu
eius maior pars, alias datur annus; dictũ tem
pus eſt pro hęrede, q̀ Infra triginta dies a die
15 aditæ hæreditatis debet incipere inuentariũ,
& infra alios dies ſexaginta finire, vel infra
annum terminari ſi bona ſunt abſentia.
16 Limita non procedere in hærede malitio-
ſe differente confectionem inuentarij, nam
tunc tẽpus currit etiam ante, & ſi non fuerit
inchoatũ in primo menſe ſufficit inchoari, &
compleri in vltimo menſe, ſed an dictum tẽ-
pus currat hæredi a die notitiæ, vel aditæ hę-
17 reditatis, vide Bart. in l.fin.§. cum igitur.C.
de iure deliberandi, & §.fin autem, & inuen-
tarium non eſt nullum. Et ſi non inchoetur
infra

infra triginta dies, dūmodo finiatur in tempore dato a lege. Guid. Pap.q.571. Io. Pap.
18 lib.21.tit.16.areſt.5.& hoc inuētarium pōt confici per procuratorem, Bart. in d.l.fin.§. igitur,& reliqua de quibus in lib.meo praxis ficulæ de quo alibi.

19 Sed proteſtatio clauſulæ,& reliqua requiſita inuētarij per oēs ferè quęſtiones vide hìc per Cumiam.

20 Obſerua præterea, quod de iure cōi non pōt inſtrumentum executioni mandari contra hæredem conficientem inuentarium, q̄a cenſetur extraneus ſecundum doctores, in l. fin.§.inſuper vbi Iaſ.in fin.col.2.de re iudic. in materia vide Ancharan.conſ.6. Hypp. de Marſ. in pract. cauſar. criminalium §. actingam nu.59. cum concordantibus de quibus ibi per eum per quæ Soccinum in ſuo tract. fallentiarum in reg.135.vbi etiam an contra
21 ſingularem ſucceſſorem poſſit fieri executio, & adde etiam Iaſon in l. ſi cui legetur §. ſi titio in 3.not.ff.de leg. primo.

22 Adde etiā, quòd hæres debitoris non pōt conueniri infra tempus trium menſium datū ad conficiendū inuentarium a creditoribus, nec à legatarijs tex. in l. fi.§.donec vbi Paul. & Alex. limitat C.de iure delib. poſt Cynū; adde adducta per Iaſon. in §.fin.2. col. verſ.
23 an autem illum; inſtit. de action.nec pariter poteſt fieri executio ex ſupradictis.

24 Si autem hæres non expreſſit oīa bona defuncti; ſed doloſè ſe habuit, tenetur tunc ēt de perſona ipſe hæres per notat. per Imol. in l.poſtulante,& ibi etiam Paul.de Caſt.ff. ad Trebell.Soc.conſ.24.ſeu 124.col.2.par.3.

25 Obſerua ſecundo ex tex.in l.ſcimus C. de iure deliberandi hæredem per quem non fit inuētarium,tenetur inſolidum creditoribus.

26 Amplia,etiam in eo, qui minus ſollemne confecit inuentarium Verall. in deciſ.119.p. 2.& ratio eſt ſecundum Papon.lib.11.arreſt.
27 6.quia inſolemne, & minus perfectum nihil operatur,quæ ampliatio eſt vera,& germana interpretatio ad l.quoties ff.qui ſatiſdare co-
28 gantur, ratio rationis eſt ſecundum Affl. in deciſ.13. & 14. quia habet præſumptionem violentam mali animi ad fraudandum.

29 Limita nunc in caſu Rot.Gen.35.vbi fuit deciſum,quòd licet hęres omittat doloſe ponere vnam rem, vel plures in inuentario non punitur, vt teneatur inſolidum, ſed ſolum pœna dupli.

30 Limita ſecundo in filio, qui licet inuentarium non confecerit non patitur tamen pœnas de quibus in l. ſancimus Guid. Pap. in deciſ.571.nu.3.& 4.

Limita tertio in eccleſijs, ac pauperibus
31 hæredibus inſtitutis Cardinal. Pute.in deciſ. 379.lib.1.

32 Limita quarto in foro conſcientiæ in quo non conficiens inuentarium vltra vires non tenet̄,ita deciſū refert Guid.Pap.in dec.571.

33 Limita quinto in muliere,quæ ſi inuentarium non confecerit reſtituitur, ſed quomodo id fiat, vide pulchram deciſionem Vincentij de Franchis 219.

34 Sed hodie in Regno in pluribus caſibus ꝓ omnibus indiferēter & ſine diſcrimine dicta reſtitutio conceditur omnibus illam per cedulā reſtitutionis à iudicibus efflagitātibus, de quo nos in praxi latè diximus,& hęc in præſentiarum ſatis.

Ad Capitulum XXVIII. eiuſque Commentarium obſeruatio vigeſima octaua.

1 CONCORDAT cum leg. ſcimus §.licentia ff. de iur. deliber. & l. fin. C.eod.fallit in caſu cap. ſi præſētia, extra de probat. & in cap.eccleſiæ ſanct. Ma-
riæ,de conſtitut. vbi Abbas & Fely.cōcluſio
2 capituli eſt, quòd hæres non tenetur de perſona ſi bona non occultauit, ſique inuentarium fecerit his vallatū requiſitis, de quibus
3 in ſuperiore capitulo, è contra vero nō facto inuentario,& bonis occultatis in pœnam ſui doli carceres ſubeat, & ſic de ꝑſona teneatur pœna perſonali carcerationis licet defunctus nō ſit obligatus de perſona,& è contra vero, quamuis de perſona obligatus fuerit defunctus ſi ipſe hæres inuentarium rite confecerit neutiquam tenetur.

4 De quæſtione vero illa per quam quęritur an res non appoſita in inuentario,& exiſtente immo exhibita arguatur dolus, vide Cumiam hìc a nu.6.ad finalem.

5 Sed prædictis addo,& obſeruo, quòd caſus eſſe poteſt, quòd quis de perſona nō obligatus poteſt carcerari ibidem.

6 Secundo noto, quod niſi hæres ſe obligauerit inſolidum non tenetur de perſona ex Fimia hìc.

Noto

7 Nota tertio dubium eſſe an hoc capitulũ
locum habeat in hærede,doctore, vel milite,
qui peculiari priuilegio de perſona non tene-
tur vide Matheſil.notab.59.incipiente,noto
quòd,addo etiam,quòd non poteſt capi per-
ſona hæredis,nec res hæreditaria niſi diſcuſ-
ſo,& conſtito,quòd ſit hæres, & res hæredi-
taria, Percolla hic.
8 Obſerua ad prędicta,quòd magna,ac mul-
tiplex eſt vtilitas,quę prouenit hæredi ex cõ-
fectione inuentarij ex text. in l. fin. C.de iure
deliberãdi,ibique doctores,de quibus ibi vi-
deas id,quod maxime refert, & quia ẽt mul-
tiplicitet fallit dicta doctrina, & primo,qui-
9 dem fallit,quãdo hæres omiſit doloſè pone-
re in inuentario vnam, vel plures res, quia li-
cet valeat inuentarium hæres punitur ſolùm
pœna dupli, non autem tenetur inſolidum
legatarijs Rot.Gen.in deciſ.35.quemadmo-
dum eccleſia, & hoſpitale Card. Pute. in de-
ciſ.379.lib.1.Guid. Pap. in deciſ.571. idem
10 in pauperibus hæredibus inſtitutis de Frãch.
in deciſ.282.
11 Fallit ſecundo,vt careat, quis vtilitatibus
inuentarij, qñ eius forma non fuit ſeruata.
Bellamera in deciſ.279.forma autem in qua
conſiſtat vide ſolemnẽ deciſ. Valaſc.52.Rot.
12 Luſitaniæ Theſaur. filius in deciſ. 39. Rot.
Pedem. ꝑcipuè pro forma eſt, vt deſcribanť
13 in eo oĩa bona Verall. in deciſ.119.p.2.& vt
citentur creditores Achill. Graff. deciſ.3. de
teſtam.; & quomodo citatio hæc fieri debeat
vide deciſ. Capyc.101. Oſaſc. in deciſ.181.
14 Papo.lib.21.tit.10.arreſt.7. nec ꝓ forma eſt
vt inchoetur infra 30. dies dummodo finia-
tur intra tempus datum à lege & ita fuit de-
ciſũ ex Papo.lib.21.tit.10. arreſt.5. & Guid.
Pap.in d.deciſ.571.
15 Amplia,vt adeo formæ obſeruatio,ac ſo-
lemnitatum ſit neceſſaria in confectione in-
uentarij; quòd illud non ſolemne, & nõ per-
fectum non releuet; & nihil operatur; idem
Papon.lib.15.arreſt.2.vide Deci. in conſ.6.
16 Hic aureis characteribus viuę memorię no-
tari oportet, quòd confectio inuentarij non
ſolum in hęrede,ſed etiã ampliatur ad plures
17 alias perſonas,& quidem primo tenetur vſus
fructuarius librorum, vt pulchrè refert de-
ciſum Afſl. in deciſ.348.
18 Secundo donatarius omnium bonorum,
vt Ioan. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Cur. Archiep.
Neap.33. & ratio eſt,quia cum loco hæredis
habeatur Rot. Genuæ, in deciſ.29. & hæres
poteſt perſonali actione conueniri ſecũdum
præclaram deciſ. Guid. Pap.105. propterea
tenetur conficere inuentarium.
19 Ampliatur quarto ad rogatũ de reſtituen-
do,& faciat pro intereſſe illius; cui reſtituere
tenetur, Capp.Tholoſ.in deciſ.315. & Guid.
Pap.in deciſ.351.
20 Ampliatur quinto in hoſpitalario Balb.in
deciſ. 29. quòd valet ad textum in l. orfana-
traphos C.de epiſc.aud.
21 Amplia ſexto in matre de bonis filij Boe-
rius deciſ.6.
22 Amplia ſeptimo in patre,qui tenetur face-
re inuentarium bonorum filiorum Papo.lib.
23 15.arreſt.6. tit.1. contrarium tñ dicit deciſũ
Myſing.obſeruat.93.cent.2.
24 Amplia octauo in Epiſcopo, qui tenetur
conficere inuentarium bonorum præsbyteri
defuncti idem Papo.arreſt.2.
25 Amplia nono in executore teſtamenti idẽ
lib.20.tit.9.arreſt.1.
26 Amplia vltimo in tutore Guid. Papa in
deciſ.500.num autem ſocius teneatur diſcu-
tit Papon.d.lib.15.tit.6.arreſt.2.
27 Reliqua,quę ſunt in capitulo,poſſem am-
pliare ad latiora volumina, ſed hæc pauca,
quæ dicta fuerunt, finem faciant præſenti
obſeruationi.

Ad Capitulum XXIX. eiuſq; Commentarium obſeruatio vigeſima nona.

1 CONCORDAT cum l.nomen C.
quę,res pign.obligar.poſſ.& ibi no-
tat.& l. licet ff.eod. & l.ab Anaſta-
ſio in verb. alium creditorem. C.mandat. &
l.1.& ibi notat. C.de act.& oblig.& l.ſi à cre-
ditore eod.titul. & l. ſi eum §. iniuriarũ ff. ſi
quis cautionib. l. emptor C. de hæredit. vel
act. vendit.l.ſi donare §.1.ff.de donat. inter
vir.& vxor.l.ſi ager ff.de rei vendicat.& cum
cap.11.& 117.& cap.126.& 127. eiuſdem
Rit.& ibi not. per regnicolas.
2 Meminimus eorum, quæ Cumia hìc ad
textum cõmentatur, ſunt enim quotidiana,
& neceſſatia cognitu, nimirum,quòd hæres
poteſt petere executionẽ ſicut peteret defun-
ctus eodẽ priuilegio,& vſu pariter, & ceſſio-
narius, ex duplici cauſa debitor moleſtatur
de

de perſona, & carceratur primo, quia perſo-
naliter obligatus eſt, ſecundo, quod creditor
3 elegerit in eius perſonam agere, & in bona
debitoris, ſed facta electione bonorum non
poteſt variare ad perſonã, præſertim in ſum-
ma infra vnciam.

4 Poteſt tñ ſi incipit à pſona, ea relicta age-
re in bonis, ſuſpectus de fuga poteſt capi, &
5 cogi, vt det cautionem, & niſi præſtet carce-
retur; mulieres non ligant̃ hoc Ritu ex auth.
hodie nouo, C. de cuſtod. reorum ex quo nõ
6 datur pro quacunque cauſa ciuili etiam gra-
uiſſima in mulieres carcerum detentio.

7 Quattuor enim modis executio huius ca-
pituli adimpletur primo ſolutione, ſecundo
carceratione, tertio datione pignorum;

8 Quarto fideiuſſione, & dato quocunque
fideiuſſore etiã nihil habente in bonis adim-
pletur executio dummodo debitor principa-
lis ſit idoneus, ſed eſt modus euadendi onus
9 præſtandi fideiuſſionem, ſi debitor oſtendat
nullitatem inſtrumenti promptuariam.

10 His obſeruatis addo an carcerato princi-
pali poſſit etiam carcerari fideiuſſor, an vero
ſit liberatus fideiuſſor?

12 Reſpondetur, quòd non liberatur, ſed po-
teſt etiam carcerari donec creditori ſatisfiat,
Bald. in capitulo contingit in 7. col. de dolo,
& contumacia; & Caualc. in tract. de vſu-
13 fruct. mulier. relict. Cartar. 710. & Capit.
127. in fine, ſed quid ſi debitor adimpleuit p
fideiuſſionẽ in quindena, an fideiuſſor obli-
gatus in contractu principali interim debeat
14 moleſtari? reſpondetur q non poteſt mole-
ſtari, ſed exſpectat̃ exitus ſententiæ poſt quin
denam, vt dicam infra late probãdo de iure.

15 Obſerua præterea ex textu, & commẽto in
verbo, vel habentium iurium ceſſionem ab
eis, in materia ceſſionarij adde quòd prius de
16 ceſſione diſcuti oportet, citato debitore, per
doctrinam not. Bald. in l. per diuerſas in 10.
q. C. mand. cum concordant; de quibus per
Hyppol. de Marſ. ſing. 26. & per Bald. ſuper
ſtatutis in verbo capere in 2. col. & Iaſ. poſt
Alex. in l. ſi ſic legatum §. fin. ff. de legat. 1.
Boer. deciſ. 10. vbi parte citata debet prius
17 diſcuti de viribus ceſſionis, & poſtea execu-
tio cauſari; aliqua de hac materia per Dynũ,
& ibi in Apoſtillis plene in cap. p poſſeſſore
in 6. cum ſeqq. de reg. iuris, & in addition.
Dyn. in reg. 15. qui in ius. col. fin. in verb. nõ
obſtat, cum ſeq. de reg. in eodẽ 6. & vide ea,
quæ habeantur per Bart. & doctores in l. fa-
cta §. ſi hæres ff. ad Trebell. & quæ habentur
18 in d. l. per diuerſas, cum ſeqq. C. mandat. &
quæ ſint ceſſibilia, & quæ non, vide aliqua p
Iaſ. in l. ſi conſtante in fine quæſt. ff. ſol. ma-
trim. & per Bart. & Doctores in l. 1. §. fin. ff.
de oper. nou. nunci.

19 Nota in verb. textus, vel eorum alterum
carcerari facere, vt tandiù ſtet in carceribus,
quamdiù ſoluat integrum debitũ, expenſas,
20 & intereſſe, & ſic captura rei liberatur fideiuſ-
ſor, & è contra, iſtud eſt cõtra ius commune,
quod diſponit, q per capturam rei non libe-
ratur fideiuſſor argumento eorum quæ dicit
Bald. in l. cum C. de epiſcop. & cler. vbi di-
cit, quòd non debet dari fideiuſſor ſi princi-
palis eſt idoneus, & Rom. conſ. 67. incip. viſo
themate.

21 Concordat cum hoc cap. in verbo, vt ſu-
pra in verbo dato tempore ad redimendum
cum cap. eiuſdem Ritus 113.

22 Et quidem de materia ceſſionis alibi dicã
fuſius, hic autem hæc tangere ſufficiat.

23 Quare obſerua ex ſupradictis in n. 9. quod
eſt modus euadendi ne debitor teneatur pre-
ſtare, ſi videlicet oſtendat inſtrumẽtum, quo
obligatur promptuariam nullitatem habẽs,
de qua quidem nullitate plurima dixi in alia
dicendi occaſione ſuperius, ſed modo etiam
24 addam ad oſtendendam dictę nullitatis ma-
lignitatẽ infraſcripta, primo videlicet, quod
id, quod nullum eſt, nullum producit effectũ
cap. non pręſtat impedimentum, de reg. iuris
in 6. vnde in quauis materia nihil ex nullita-
25 te fieri poteſt, vt nulla inducatur iuriſdictio-
nis præuentio Ioffred. deciſ. 71. & ex contra-
ctu nullo nullum debetur laudimium, Api-
26 guer. in deciſ. 156. & citatio nulla non inter-
rumpit curſum poſſeſſionis. Verall. dec. 109.
quòd nota ad intellectum regul. de trienn. &
citatio dr̃ etiam nulla, quando non fuit bene
27 executa puta, quia nõ fuit relicta copia cita-
tionis poſt affixionem Rot. in dec. 22. in no-
uis, & Tholomeus in deciſ. 17. & ſi cõtractus
eſt nullus nullum etiam eſt in eo cõſtitutum
28 adiectum. Anton. Faber. deciſ. 31. C. de acq.
poſſ. & ius optionis per inualidã electionem
29 non conſumitur Balb. in deciſ. 91. item car-
ceratus nulliter nõ poteſt atteſtari licet con-
30 trarium teneat Mart. Rot. Piſan. in dec. 79.

31 Nota ſupra ad nu. 6. q debitor ſuſpectus
de fuga capi põt nullo iuris ordine ſeruato,

ex l. ait præter §. debitorem ff. de his, quæ in
fraudem creditorum, amplia etiam à iudice
32 incompetente. Myſing. obſeruat. 65. cent. 2.
amplia 2. in præparante ſe ad fugã, Gomez.
33 Leo in deciſ. 22. amplia tertio in debitore armata manu reſiſtente, qui capi, & vulnerati
poteſt Gayll. obſeru. 44. lib. 2. amplia quar-
34 to vt ſatis apprehẽdi poſſit etiam die feriato
in honorem Dei. Rubin. in deciſ. 23. limita
35 primo in caſu Rot. Gen. Cartat. 111. in præſtante fideiuſſionẽ; ratio eſt, q̃ a bona fideiuſ-
36 ſoris cum bonis principalis confunduntur,
Faber in deciſ. 1. C. de fideiuſſ. toto titul. ex
text. in l. ſi plures §. præterea. ff. de fideiuſſ.
37 hinc eſt, quòd non eſt carcerandus debitor
principalis, q̃n fideiuſſor eſt ſoluẽdo, Valaſc.
38 in deciſ. 11. limita ſecundo ſi non cõcurrunt
39 poſita per Affl. in deciſ. 170. limita tertio, q̃n
creditor nollet iurare Balb. in deciſ. 119.

Ad Capitulum XXX. eiuſque Commentarium, obſeruatio Trigeſima.

1 CONCVRRIT cum infraſcriptis capitibus, & legibus vz. cap. 1. extra de ſequeſtrat. poſſ. cap. translato cũ ſeqq. de conſtit. & 2. de probat. vbi Felyn. & l. nulli C. de iuditijs, & l. obligatione ff. de pignorib.
2 Nota in hoc capitulo, quòd traditur regula, qua alleuiantur iudices nobiles, & litterati ab inſultibus plebeorum, qui pro qualibet minima ſumma moleſti sũt prædictis iudicibus, tales enim vitiligatores ſunt remittendi ad iudices pedaneos, ideotas, & illite-
3 ratos, creſcit tamen cauſa cognitionis, & iuriſdictio ſuperiorum diffunditur in dictis &
4 ſummis minimis de quibus etiam curat prætor ratione delicti, & ideo obſeruo primo præter Cumiam, quod q̃n coactio, ſeu carceratio requiritur, eſt adhibenda: primo ex eo, q̃ a ſicuti in caſibus vbi debitor carcerari non debet, ſi fuerit p iudices carceratus actio in-
5 iuriarum datur contra iudicem ex citatis per Cumiam hic nu. 25. ita q̃n debitor eſt in dolo, & fraude etiã in cauſa ciuili debet in car-
6 ceres detrudi, idem Cumia nu. 19. limitat. 7. qua de recũ caſus occurrerit accede hũc ad
7 Cumiam noſtrum copioſiſſimum, & eius dicta recole, & memoriæ commenda.

Et tamen addo, quòd dolus, & fraus iſta
8 debet eſſe clara, & ſi per coniecturas probari occurrat, illæ debent eſſe perſpicuæ, Oſaſc. in deciſ. 111. nu. 8. Boer. deciſ. 101. Affl. deciſ.
69. Rot. Gen. deciſ. 168. num. 11. & 13. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 116. nu. 21. & cõſ. 108. lib. 2. nu. 15. & conſ. 334. nu. 43. lib. 4. &
9 Bart. in ſuo tractatu teſtimoniorum nu. 100. & dicenti doli incumbit probatio doli, cap. ſuper eo. tit. de reſcript. & l. 10. C. de diſtract.
10 pignor. & ratione magna nititur noſtrũ præſens capitulum, quia fraudulenter factum ab omni diſpoſitione excluditur Afflict. deciſ. 84. num. fin.
11 Obſerua ex Cumia hìc nu. 17. & num. 18. vbi ait, quòd quãdo agitur infra vnciam dependẽtem ex maiori ſumma poteſt, quis carcerari, etiam pro illa minore ſumma, nõ obſtante quòd creditori factæ fuerint ſolutio-
12 nes partiales debiti, ſi petatur tamquam dependẽs, ex maiori, & nõ tamquam promiſſa, & hoc ne diuidat continentia cauſæ, & quòd iſta continentia cauſæ, non debet diuidi cap. 1. extr. de ſequeſtrat. poſſ. fructuum, & l. nul-
13 li. C. de iud. quę continentia eſt multiplex ex Andr. Gayll. obſeru. 32. lib. 1. & ponit limitationes ad regulam.
14 Nota in verbo text. non ſit obligatus ad factũ, ex Iaſon. in leg. certi condirio in princ. ff. ſi cert. petat. in 6. col. & Fely. in cap. tranſlato in 1. col. cum ſeqq. de conſtit. & in cap. 2. in col. 5. de probat.
15 Nota ſecundo, in verſ. text. nõ carceretur, quòd non ſemper debitor defectu bonorum poteſt carcerari, pro quo vide Capyc. deciſ.
16 33. Vide etiam Ripã in l. obligatione nu. 20. ad nu. 30. ff. de pignor. cum concordant. ad quæſtionem, an quis poſſit ſe obligare in per-
17 ſona Fely. in cap. ad hæc: de ſent. excom.
An autẽ creditor poſſit variare, qui ſemel
18 egit ſuper certis bonis, an agere poſſit pro eadẽ quantitate ſuper alijs bonis? vide Capyc. deciſ. 33. & Straccham fol. 185. nu. 47.
19 Obſerua primo ad nu. 3. & 4. vbi ſupra dictum eſt, quod debitor videlicet ex cauſa ciuili poteſt etiam ex quauis ſumma carcerari ſi dolum, & fraudem cõmiſerit ad quod nos diximus, q̃ iſte dolus debet clarè probari, &
20 quando contingit per cõiecturas probari illę debent eſſe cõſpicuæ, pro quo adde ex textu in l. dolum C. de dol. vbi habetur, quòd ex
21 indicijs, & coniecturis dolus præſumitur, ſed
in

in dubio non præſumiť, Fabb. Marc. in dec. 91. p. 2. quod valet ad intellectū tex. ī l. quoties, §. qui dolum, ff. de probat.

22 Infertur primo, ꝙ dolus pręſumiť ex eo, ꝙ ſolennitates requiſitæ non reperiunť ꝓbatæ. Oſaſc. in dec. 109. ſed ſubobſeruo hic, ꝙ hæc doctrina valet in dolo, nō aūt in oī obſeruatione

23 ſolennitatum prætermiſſa, quinquidem et in materia executionis ꝯ debitorē etſi in ea non ſint ſeruatæ iuris, & Ritus ſolēnitates, qn̄ in rei veritate ille, ꝯ quem eſt facta executio per tex. in l. ſi §. fin. ff. q. metus, Gram. conſ. 40. n. 29. cum ſeqq. Pet. Ancharan. conſ. 439. circa finem, vide Iaſ. in l. a Diuo Pio, §. in vendi

24 tione, col. 3. ff. de re iudic. ſed ad rem noſtram dico, quòd infertur ſecundò, quòd di

25 ctus dolus probať ex ꝑſpicuis conicturis, & eſt deciſio 101. Boerij, & Affl. 69. & Apiguer. 80. Rot. Cathal.

26 Tertio infertur ad dec. 2. de dol. & contumat. Caſſador. vbi ſuit dictum, quòd quamuis dolus conſiſtit in animo, tamen detegitur per exteriora.

27 Infertur vltimo, ꝙ dolus præſumiť, quando ſub eſt aliqua cauſa præſumendi, alias ſecus, dec. 141. p. 1. Rot. diuerſor.

Ad Capitulum XXXI. eiuſque Commentarium obſeruatio trigeſima prima.

1 CONCORDAT cum alio capitulo ipſius Ritus 124. ſecundum ſcribentes ibidem.

2 Pro concordantia cum vtriuſq. iuris deciſionibus, atq. decretis, omnia in ipſo corpore obſeruationis adſtipulor, quæ diligenter notanda eſſe aduerto.

3 Vis iuramenti vigore huius ſtatuti nō maximè operať, ꝙ ſi debitor non eſt expreſſe obligatus de pſona, nō carcerať niſi defectu bonorum non obſtante iurō; rō eſt, quia iurum

4 non dat obligationē, ſed iam ex ꝯtu creatā qualificat, ſecus aūt de iure cōi, diſpoſitione cuius virtute iurī iurans pōt carcerari, vt adimpleat Cumia tangit hic nu. 1.

5 Sed dato, ꝙ intelligas hoc capitulū ſingulariter, ꝙ ſi ꝯtus in quo eſt adiectū iurum eſt doloſus, dolus ille eſt exceptus a iurō, & nihil operať, Oſaſc. dec. 41

6 n. 3. Abb. conſ. 71. n. 1. p. 1. Nota ſecundo, ꝙ hoc ſtatutum requiriť ſpecificā obligatio-

7 nē pſonæ: aliàs non carcerať debitor, & hæc eſt rō fundata in iure cōi, quia et iurum in forma ſpecifica eſt ſeruandū, nā cum pręſteť

8 Deo, ꝑcisè ſeruari dēt, & non p ęquipollens, vel de non ſenſu ad ſenſum, Oſaſc. dec. 92. n. 21. Rol. conſ. 6. n. 3. lib. 1. & Affl. dec. 163. & in hoc caſu quid q̄d dicat Cumia hic de cor-

9 rectione iuris cōis, nā teneo, ꝙ concordat.

Nota tertio, ꝙ iurum non ligat aīam hę-

10 dis defuncti ſine ſuo conſenſu, ideo non pōt conueniri in foro eccleſiaſtico, Affl. dec. 38 i. nu. 8. & Capyc. in dec. 174. & Guid. Pap. q. 414. & adeo mihi vř ſtatutū rectè diſponere,

11 quia iuri cōi conſentiat, & hęc dico ad rectū iuris interpretē, nā ſtatutū hoc obſeruat con-

12 uentionē ſpecificā; qua non exiſtente nihil ait iurum operari, q a hoc non porrigiť vltra cō-

13 uentionē principalē, Oſaſc. d. dec. 41. n. 6. & intentionem iurantis, nec ſupplet conſenſū. Gram. dec. 76. n. 19. & Bart. conſ. 126. lib. 1. quia iurum in caſu noſtro nō aget obliga-

14 tionem, ſed tantū addit vinculum religionis, Oſaſc. d. dec. 92. n. 6. nam iurum non includit caſus, quod diſpoſitio huius ſtatuti non includit, nec etiā excludit caſus, quos diſpo-

15 ſitio iurata includit Oſaſc. vbi ſupra num. 8. & 9. Poſtremo nota, quòd alias non exiſtente ſpecifica obligatione, de qua noſtrum ſta-

16 tutum hic iuramentum nō habet vires, quas ſtatutum tollere poſſet nō ſeruata forma ſtatuti, Magon. deciſ. 22. Rot. Florent.

17 Obſerua tū, quod hic videri oportet quid valeat iuramentum, & quantarū virium ſit, tam in iure cōmuni, quam etiam in iure particulari, & ſtatutario Regni, cognito enim vno cognoſcitur, & reliquum.

18 Quare dico primo, quòd iuramentum ſecundum glo. in l. generaliter verſ. probationes. C. de iure iur. habet magnos, ac multos

19 effectus: primus eſt, quòd facit valere donationem inter patrem, & filium Guid. Pap. in deciſ. 145. ſecundo ſic donationem inter vitum, & vxorem Theſaur. in deciſ. 32. tertio & donationem factam a milite concubinæ.

20 Idē Theſaur. in deciſ. 111. quarto operatur, quòd non poteſt obijci de ſimulatione contractus, Affl. in deciſ. 60. & Grām. deciſ. 90.

21 quinto renūciatio iurata tollit defectum patriæ poteſtatis, Carroc. in dec. 94. ſexto operatur, vt vxor valeat intercedere pro marito,

22 quæ alias prohiberetur Theſaur. in dec. 223.

ſeptimo

23 Septimo facit ceſſare remedium l.2.C.de re-
ſcindend. vend. quando venditor cum iuſo
promiſit non ꝯuenire. idem Theſau.in dec.
165.& Oſaſc.in dec.145. Octauo tollit bene-
24 ficium auth. Hoc niſi C.de ſolut.idem The-
ſau.in dec.164. Batzar.dec.40.& Ioſeph Lu
dou. dec. Peruſ.64.
25 Limita, vt per Benint. dec.28. Nono tol
lit reſtitutionis beneficium minori donanti
licet enormiter ſit læſus, Theſau.in deciſ.66.
26 Decimo tollit beneficiũ Auth. Pręſente,
C.de fideiuſſ. Lud.dec.Peruſ.57. Vndecimo
27 operaẽ, vt renunciati velleiani ꝑ mulierem
abſque certioratione valeat Theſau. in dec.
28 222. Duodecimo facit dec. Rip. in obſeru.
37. Tertio decimo, vt pactum de non diui-
dendo, quod de iure infirmaẽ ſit validũ, idẽ
37 Et ſi dictum fuerit ſtent oppoſitiones, & oppoſitus voluerit proſequi cauſam oppoſitoriam, aut opponens, idem ſeruādus eſt modus procedendi in ſpolio, aliter eſt; Nam citatur ſpolians incuſatur contumacia, & conteſtatur lis, & libello abſque termino preſentato, & facta productione, & pręſentatis proteſtatis fit collatio proceſſus, & expeditur cā, & ſpolians in aliquo nō poteſt audiri, etiam in præſentatione interrogatorij aduerſus teſtes, & facta reſtitutione rei ſpoliatæ poteſt proſequi ſpolians cauſam meritorum in eadem tela abſque alia litis cōteſtatione citato tantummodo ſpoliato ad proſequendū cauſam meritorum ſpolij incuſata contumacia præſentantur per ipſum ſpoliantem conuentum exceptiones capto termino ad defendēdum, & reprobandum dierum 12. & exinde proceditur eodem modo prout ſupradictum eſt id ordinarijs.

38 Et ſi cauſa incipiat per viam effectus cum etiam feudalis poſſit iſto modo ex abrupto partibus conſequentibus fieri ſi pars conuenta diſſentiat in ipſo modo procedēdi ordinabitur in iuditio, quòd ipſæ ſcripturæ ſtēt loco poſtæ. Ideſt petitionis, & tale mandatū annotatur ſuꝑ ipſis ſcripturis, & citatur pars ad proſequendum ipſas cauſas per modum poſtæ (& ego quo ad me) vtor in ipſa contumacia iſtis verbis videlicet.

39 Summariè, & de plano iuxta formā pragmaticæ, & poſt contumaciam dabitur ipſi conuento tàm in M. R. C. quàm in Curia Præturæ terminus ad defendēdum, & reprobādum, qui eſt dierum duodecim, & exinde ſeruatur idem modus ſumptus in ipſo modo ordinario præter publicationem, & concluſionem, quę non ſunt neceſſariæ ſtante, quòd ſit ſummariè, & de plano.

40 In modo vero ſummario iuxta formam pragmaticæ, & ex parte aduerſa nō diſſentiatur ſemper tutius erit, & breuius cauſam ipſam incipere præcedente contumacia ſuper

peti-

petitione pſentato libello cum termino prin-
cipali, & deinde dare alios terminos, vt in
modo ordinario preter publicationē, & con-
cluſionem; vt dictum eſt.
41 Alius adeſt modus ſummarius ex forma
Ritus, qui ſtāte pragmatica Regia commiſ-
ſionis ſummariæ non ſeruatur, & procederē
iſto modo videlicet facta petitione per cōtu-
maciam; liteq; conteſtata præſentatur libel-
lus abſque termino, & facta probatione fit
publicatio, & exinde datur conuento tam in
M.R.C. quam in Curia Præturæ, terminus
ad defendendum, & reprobādum, & exinde
dantur alij termini prout in ordinarijs.
42 In cauſa appellationis proceditur eodem
modo prout in primo in iudicio, & dantur
ijdem termini.
In cauſa criminali proceditur ſummariò,
& conteſtatur lis per ſubitiones ſuper libello,
& dantur ijdem termini prout in ordinarijs
ciuilibus præter terminos, ex cauſa primæ, &
ſecundæ non fiunt oppoſitiones, neque con-
cluſiones, & hæc breuiter dixiſſe ſufficiat de-
ſumpta ex optima praxi.

Ad Capitulum XXXXII. eiuſque Commentarium, obſeruatio quadrageſima ſecunda.

1 CONCORDAT cum l. fin. ff. pro
ſuo, & cum alijs paſſim de quibus in
corpore obſeruationis. Quoniam
ſæpiſſime contingit in iudicijs preparandis à
reis, ſeu conuentis quorum eſt fugere, & fu-
gare actores quoſdam proceſſus fieri p quos
conantur litis ingreſſui, & principio obſtacu-
lum, & obicem ponere vlterius, vel non pro-
griendi, vel turpe ſilentium faciendi curam
agētibus inurere; ſunt enim exceptiones ob-
2 ſtantes litis ingreſſui ſub quarum prætextu
noſter Cumia agit, & cumulat omnia gene-
ra exceptionum hìc p totum, quem ſi caſus
dederit omnino vide.
3 Aduerte ex textu, quòd proceſſus prędicti
bimeſtri tempore terminantur, quo elapſo
fertur ſententia, quòd tales exceptiones im-
pedientes litis ingreſſum reſeruentur ad me-
rita cauſæ, in quorum pgreſſu ſi cognoſcanē
efficaces, & vere obſtēte tunc omnia actitata
in proceſſu corruunt.

4 Sed iſti duo menſes diſtribuuntur hodie;
ita ſcilicet, actor poſt litis cōteſtationem, vel
poſt actū litis conteſtationi æquipollentem
pbare debet ſuas exceptiones infra dies 20.
& ſi nihil ageret amplius non auditur, ſin
autem probauerit, dat terminum aliorū die-
rum 20. alteri colligatori, vt faciat quæ ei in-
cumbunt in iudicio; & deinde dat terminum
5 iudici ad expediendum cauſas infra 20. dies,
infra quos 10. dies pōt iudex impartiri par-
tibus ad probandum, & his elapſis infra vlti-
mos 10. iudicabit, & ſic cōplentur duo men-
ſes; ſed hodie de ſtylo communiter ſeruato
dictę exceptiones opponuntur ante litis con-
teſtationem a die incuſatæ contumaciæ con-
uenti, & reſponſum per eum prima die cum
proteſtatione mittendi vſque ad aliud regi-
men, quod in M. R. C. eſt à die Mercurij ad
Sabbatum, vel econtrà, & in alijs cauſis ab
vno ad alium diem, quādo forte quotidie ob
negotiorum copiam curia regeretur, vt olim
regebatur, ſed uæ hodie quantū a nobis ne-
gotia abierunt, ita vt non ſit hoc periculum;
nam etiam diebus ſtatutis occurrit Curiam
ipſam vacare.
6 Addo ad Cumiam hìc in num. 57. & 58.
incluſiue, quòd dn̄ ipſe, ait, in ſumma, quòd
oppoſitio, ſeu exceptio impediēs litis ingreſ-
ſum, eſt inter alias exceptio feriarū puta tra-
petorum, cannamelarum, quarum terminus
incipit a die 25. Nouēbris, vſque ad 10. die-
rum decoctionis illarum, vel exceptio tonna-
riarum quorum terminus incipit a die 10.
Aprilis, vſque ad 20. diem menſis Iunij, per
quam termini dilatationē nemo poteſt mo-
leſtari, & ſi fuerit carceratus exit a carcere p
ſeruitio dictorum trapetorū, ſub fideiuſſione
de redeundo poſt dictas ferias, ſed cogita an
7 Pragmatica ſuper hoc ſancita loquatur de
collitigatoribus cum dictis perſonis trapeto-
rum, vel tantùm de creditoribus ipſarum ſed
dato, quòd indiſtinctè loquatur, & ſimus in
terminis dilationis feriarū, & tunc dici opor-
teret cū Cumia, ſed alia quæſtio eſt an dicta
Pragmatica ſecunda in titulo de dilat. intel-
ligatur de iudicijs executiuis tantùm, an ve-
ro de alijs, ita vt perſonæ illa gaudentes etiā
in ordinarijs iudicijs paſſiuis ? gaudeant ?
8 Sed ſcias, q illa gaudere debēt ſeruientes,
& ad minus habentes tertiam partē arbitrij,
ſed de hoc tribunalia tàm C. S. R. C. quàm
etiā M. R. C. que retulerunt ſuper hoc Ex-
cellen-

cellentiæ Suæ primo ſub die 8. Maij 1608. in
cauſa Baronis Summatini, & Baronis Ra-
xhalmallimæ, & fuit dictum, quod procedatur
tur ad expeditionem cauſæ, nõ obſtante actu
videlicet dilationis prædictæ, & erat cauſa
executiua, & die 23. Aprilis 1605. in cauſa
Lucretiæ Maraxa, & illum de Benenati ex
eo, quia dictum priuilegium non fuit con-
ceſſum in gratiam debitorum, eorumq; frau-
9 dis, ſed fauore dictorum arbitriorum, ideo
videtur iudicia poſſe progredi, & quòd intel-
ligatur pragmatica de contractibus p quos
durante dicto arbitrio non moleſtantur per-
ſonæ dictis arbitrijs ſeruientes, &c. & non de
litibus ordinarijs, in quibus perſonæ nõ mo-
leſtantur, vt fruſtra prætendebant extendere
dicti Baro Summatini, & ille de Benenati:
conſtat primo ex eo, quia de iure communi
dilatio dictæ pragmaticæ eſt nè moleſtetur
10 perſona, non autem ne lites finiantur, quia
alias fierent immortales, & numquam fini-
rentur cum maior pars anni in dictis ferijs
conſumatur, & ideo dictum pragmaticale
ſtatutum non poteſt extendi de obligatione
ex contractu executiuo ad alia, vigore cuius poſſet,
etiam agi in perſonas dictorum ſeruientium
præfatorum trapetorum, & tamen propter
pragmaticam eximuntur perſonæ a tali mo-
leſtia, & virtute dictæ pragmaticæ datur pri-
uilegium pro perſonis, non autem pro rebus
ne impediãtur iudicia, & eorum progreſſus;
& ita iuris eſſe oſtendo primo, quia inſtantia
eſt triennij ex tex. l. properandũ C. de iudic.
quæ inſtantia currit irreparabiliter, quòd ſi
alia concedatur prorogatio iſta non poteſt
extendi indiſtinctè ad omnes caſus, niſi ad
expreſſos, ſed iam pragmatica loquitur de
priuilegio perſonali, ergo non poteſt extendi
ad litium omnium in quibus perſona nulla-
11 tenus impeditur, & ratio cur dicta pragma-
tica non poteſt extẽdi eſt, quod ſtatutum eſt
ſtrictè intelligendum, & præſertim, quando
aliquid ſancit contra iura communia, quæ
ſine cauſa vrgenti violare nefas eſt. Oldrad.
conſ. 150. nu. 3. verſ. præſertim, & conſ. 259.
num. 8. verſ. pręterea nos poſſumus vſque ad
finem Abb. conſ. 44. in præſenti in fine lib. 1.
Roman. conſ. 92. num. 3. & caſus omiſſus, vt
eſt in præſenti, habetur pro omiſſo, Ioan. de
Anan. conſ. 104. in principio Alex. conſ. 107.
perſpectis num. 7. lib. 5. & maximè ſtatutum
loquens de perſonis, quia perſonæ non ex-
preſſe habentur pro neglectis, tam in fauora-
bilibus, quam in odioſis Bald. conſ. 30. præ-
ſuppoſito ſtatuto in princ. lib. 1. & maximè
quando ſtatutum exorbitat à iure communi
Alexan. vbi ſupra num. 5. Fulgoſ. conſ. 98. in
princ. Tuſcul. bene in concl. 607. verb. ſtatu-
ta lib. 7. ex his ergo cum dicta pragmatica
loquatur tantum de his, qui pro debitis ciui-
libus coguntur, & moleſtantur nõ debet ex-
12 tendi ad alias lites ordinarias, quæ ex forma
iuris communis, & Capitulorum Regni ha-
bent ſuas inſtantias, quia alias eſſet corrige-
re dicta iura interpretatione non legitima,
mens enim ſtatuentium fuit concedendi di-
lationes debitoribus pro tempore arbitrij,
eiuſq. ſeruitiorum, & non dare ſubter fugia,
facere lites ordinarias immortales, & qui hoc
13 diceret, nõ penetraret ſtatuti arcanum, & ſta-
tutarij iuris naturam, nec quidem compre-
hendit (vt ſupra dictum eſt) quia pro dictis
litibus ius cõmune dat trienniũ, ius aũt ſta-
tutarium illud reſtringens coartauit ad bien-
nium, & Capitulo Caroli 198. fol. meo 491.
in illis verbis debbia durare per dui anni tan-
tùm, & nõ vltra, & dicitur quod placuit Re-
giæ Maieſtati, ex quo dico, quòd ratio dicti
Capituli Caroli militat in pragmatica, & ſic
dicta dilatio tonnariorum, & trapetorum eſt
pro perſonis, non autem pro litibus ordina-
rijs, quarum inſtantia non interumpitur per
dilationem pragmaticalem, & ita fuit exe-
14 cutum, & per tribunalia prouiſum, de mate-
ria iſtius inſtantię vide Alexan. conſ. 42. vol.
3. & Felyn. C. exceptionem col. 12. cum ſeq.
de exceptionibus prima eſt exceptio nullita-
tis Rot. deciſ. 2. de lit. conteſtat. in antiq. ſe-
cunda exceptio ſolutionis Cappell. Tholoſ.
in deciſ. 335. & Rot. in deciſ. 1. d. tit. de lit.
conteſtat. tertia eſt exceptio vſuraria, quæ li-
tem, & executionem impedit Carrocc. deciſ.
133. quarta eſt exceptio ceſſionis litis, & cau-
ſæ medio iuramento factę Verall. deciſ. 320.
15 par. 1. quinta eſt exceptio implementi non
ſecuti Anton. Faber. in deciſ. 43. de except.
ſexta eſt exceptio pacti de nõ petendo May-
nard. deciſ. 199. lib. 2. ſeptima eſt exceptio
excommunicationis Cappel. Tholoſ. in dec.
30. vide Surdum dec. 253. & ſuper text. in l.
exceptionis, ff. de exceptionibus, exceptio, n.
16 q̃ cõpetit principali, cõpetit etiã, & fideiuſ-
ſori. Balb. dec. 31. p. 1. quia obligatio fideiuſ-
ſoris eſt acceſſoria, ſicuti etiã fideiuſſore exi-

17 ſtente ſoluendo nō pōt carcerari principalis, pulchra, & oīno vidēda deciſio Valaſc.111. q̄ valet p amplificatione doctrinæ Bartoli in l. 3. §. tutores, ff. de ſuſpect. tutorib. limitaſ ſū
18 in beneficio c. Odoardus de ſolution. q̄a nō extendiſ ad fideiuſſorē clerici Aloyſ. de Riccio in dec. 121. Curię Archiep. Neapol. quia dictum beneficium eſt pſonale, & non extēditſ. Limita ſecūdo in beneficio ceſſionis bo-
19 norū, q̄ principali cōpetit, q̄a fideiuſſori non cōcedit. Balb. in dec. 521. p. 5. quam noto ad tex. in §. fi. inſt. de exceptionib. Limita tertiō
20 in caſu Ant. Fabri ī dec. 1. ſed vide Balb. dec.
21 15. Limita quarto ex deciſione Balbi 6. C. ad Velleia. vbi exceptio, q̄ mulieri competit, nō cōpetit eius fideiuſſori. l. mulieres, C. eodem.
22 Limita quinto in declinatoria fori, q̄ daſ clericis, & non eorū fideiuſſoribus Rot. Lipſienſis 90. ait deciſum in Italia. Affl. dec. 205. in Germania Myſing. cent. 1. obſer. 15. Sabau-
23 diæ Faber dec. 1. Franciæ, Guid. Pap. in dec. 562. Limita ſexto in ſnīa, quæ lata ꝯ Principalem non pōt exequi ꝯ fideiuſſorē ſine nouo pceſſu, ſed vide Guid. Pap. dec. 26. quam
24 nota ad Bart. in l. 1. ff. iudicatum ſolui. Limita ſeptimo in dilatione quinquennali, q̄a non cōpetit fideiuſſori. Carzius in dec. 77.

Ad Capitulum XLIII. eiuſque Commentarium obſeruatio quadrageſima tertia.

1 CONCORDAT, & diſcrepat a iure cōi in varijs caſibus, vt conſtat ī qōnib. infraſcriptis. In hoc ſequēti capitulo p̄cedens materia, ſeu argumētū modificaſ, q à ſentētijs latis in M. R. C. ſup dictis exceptionib. ſeu in informationib. oppoſitis ad impediēdū litis ingreſſū nullū daſ
2 remediū appellādi, ſeu ſupplicādi, qđ quidē eſt admirādū cū alias ex hoc Ritu liceat ſup-
3 plicari a ſnīa M. R. C. & ēt a ſnīa Pricipis, & tū in hoc capitulo ſupplicatio denegatur, ſed clara eſt reſponſio, q̄a in p̄ſenti caſu denegātur remedia p̄dicta ne aperiatur via agēdi, & immorādi ī dictis articulis ob lapſum bimeſtrē, q non dēt elabi inutiliter ex culpa eius, cui indultū eſt tale bimeſtre; ſi tū nō ſit hoc periculū: pōt dictæ ſnīę reuideri p eadē acta
4 vtraq. tū parte volente, i. ad petitionē vtriuſque partis, vz. ſi p reuiſionē vnius partis via agēdi aperiatur, poſtea reuideri poſſit ad petitionē alterius partis, ſed nō intelligas, q ad petitionē vtriuſq. partis poſſit ſemel reuideri, cū minime opporteat ad inſtantiā illius, q
5 obtinuit proceſſum reuideri. & hoc ſi agendi via pcluditur videlicet, q̄a lata ſnīā fauorē conuenti, q non audiatur actor, tūnc pceſſus reuideri poteſt per eadem acta, vt ſupra.
6 Hic aduertas, q habes, quid ſit appellatio, quid ſupplicatio, & in quo ambæ conueniūt, & in quo differant; & quòd ſupplicatio eſt reuiſio, & quòd M. R. C. eſt Princeps, & oīa tribunalia repreſentant vnū principē, & q a M. C. ad conſiſtorium acclamās ſupplicat,
7 quaſi ad eundē Principem p oīa rep̄ſentatū, & quòd hodie inſtantia reuiſionis nō biēnij ſolū: ſed pōt reuideri infra 30. annos, & alia multa ad hanc materiam contingentia.
8 Adde, q poſito, quòd reuiſio eſt acclamatio, & reclamatio, ac ſupplicatio p q̄bus hæc iura cōcurrūt, quòd aliq caſus omiſſi p Cumiam hic, q faciunt ad p̄ſentis ſtatuti interp̄tationem: & q in facto mihi ad praxim cō-
9 tingerūt, ſunt in primis, reuiſio reuiſionis, an ſit p Principē parti petenti concedēda, vide dec. 246. Theſauri, p parte negatiua ſcribit Affl. dec. 231. n. fin. ſed vere, in Tribunali S. R. C. fuit deciſum, quòd datur reuiſio reuiſionis in cauſa V. I. D. Thomæ Lumia ꝯ ſpe-
10 ctabilem V. I. D. Ioannē Philippum Teſtai; quam cauſam doctiſſimè allegauit D. de Lumia, & obtinuit.
11 Adde etiam, q ſi p Suā Excellētiā fuit cōmiſſa cauſa alicui, eiuſq. conſciētiæ, & iſte ſententiā tulit, q ab iſta ſnīa non appellatur, tū
12 Princeps p modū reuiſionis poterit ſnīam reformare. Rebuff. in Conſt. Reg. to. 3. tract. de iniunctionibus glo. 2. fol. mihi 728.
13 Adde, q q renunciauit appellationi tacitè, vel expreſſè non pōt aduerſus ſnīam ſupplicare, l. fi. C. vt lite pendēte. Adde ēt, q Prīceps cām pendētē corā iudice, in eo ſtatu, in
14 quo eſt motu pprio, vel ad partis inſtantiam euocare pōt, quo facto ſtatim iuriſdictio Iudicis ceſſat, & pceſſus inde factus eſt nullus, Gayll. obſeru. 41. lib. 1. & hoc practicaui, &
15 obtinui ab Excellentia Sua. Pro hac materia vide Marant. in ſpecu. p. 6. tit. & qñq; appellatur f. 475. coincidit qō, an phibita appellatione cēſeatur phibita reuiſio? cui difficultati Rñdetur p tex. & ibi p Docto. in l. 1. §. his cunabulis, ff. de off. Pręf. Pretor. & in l. 1. C. de

C. de ſent. Præfect. Prætor. Vinc. de Franch. in dec. 148. & Capyc. in dec. 144. Quid. Pap.
16 in dec. 50. & quæritur itẽ an appellatione deſerta, detur reuiſio? vide Do. Maſtrill. in dec. 158. & Affl. dec. 79. q̃ritur ẽt, an detur reuiſio reuiſionis, & dic ꝙ ſic, ex dicto Theſaur. dec. 146. & Gu[illegible]d. Pap. in dec. 365. & eſt ſub
17 ampliatio ad Theſaurũ. Quæritur ẽt an fatalia currãt in cã reuiſionis, & Reſpõdetur, ꝙ non ſm Affl. in dec. 78. ſed hodie ſecus eſt, vt ꝑ Gram. in dec. 23. q̃ritur, an cõcedatur reuiſio poſt tres ſniãs cõformes, & dic, ꝙ non, vide Do. Maſtril. in dec. 158. & Mar. in dec.
18 55. & Valaſc. in dec. 51. vbi ponit quindecim caſus, vbi denegat̃ reuiſio, & Affl. ĩ dec. 231.

Ad Capitulum XLIIII. eiuſque Commentarium, obſeruatio quadrageſima quarta.

1 PRO concordantia, vide l. 1. ff. de app. &c. ad Romanã 2. q. 6. Concluſio de iure Regni ſtabilita ex hoc capite eſt, quòd à ſniĳs latis ꝑ Magnã Curiã in cauſis
2 ſũmarĳs, vel ſũmarĳſſimis nõ datur appellatio, & hoc ſiue iudiciũ in Magna Curia cęptũ, vel ad M. C. aliũde deuolutũ ſit. De modis principalibus, deque minus principalib. hic recenſitis ꝑ tex. diximus alibi ſupra; vidi-
3 mus ẽt qũo à primis non licet; a ſecundis aũt non item, ſed poteſt vna pars repulſam facere, & omnes hi modi cõtinentur in modo ꝑ viã cędulę, tàm cõfeſſionis, q̃ viſionis ſcripturarũ, & ex abrupto, q duo modi ſunt vnus modus, in ciuilibus; ꝑ ea, q̃ dicit Cumia hic
4 n. 3. & ſeqq. & nos cũ emendãtes in libro noſtro praxis Siculę q. 7. & in tractatu noſtro de claris Siculorũ peritis, quẽadmodum modus ꝓcedendi ꝑ viã iniunctionis, & ꝑ viã cędulę ſunt idẽ, vt volunt aliqui, hic q̃uis praxis hodierna, & conſuetudo ſit, ꝙ habeantur ꝓ di-
5 ſtinctis; ſicuti pariter modus ꝓcedẽdi ex abrupto in criminalibus eſt diſtinctus a mõ ꝑ viſionẽ ſcripturarũ; licet hic modus ꝓcedendi ex abrupto à priſcis Rituiſtis ipſius Regni
6 in criminalibus non tractetur, forte qa eis nõ fuit cognitus, ſed nos de hoc mõ criminali tractabimus infra, in hoc Ritu.
7 Et hæc appellatio non conceditur in ſententĳs latis per M. C. ob eius excellentiam, quæ priuilegio iſto decorata eſt ex immemorabili obſeruantia, antiquiſſimæ praxis introducto, quòd etiam in interlocutorĳs nõ ap-
8 pellatur; ſed in locum appellationis ſupplẽtur remedium nullitatis, & remedium reuiſionis ex gratia Principis fundatæ, per viam ſupplicationis.
9 Sed an à ſnĩa euidẽter iniqua poſſit appellari; vltra ꝓ dicta hic ꝑ Cumiam n. 12. & 13. dicam in libro meo praxis Siculæ, ſed an appellata ſnĩa, vel interlocutoria euidenter iniqua, ex M. R. C. ad Tribunal S. R. C. & an ſi Iudices Conſiſtorĳ delegati reuocent interlocutoriã, intelligãtur remoti Iudices M. R. C. ꝓcedent ad vlteriora in cauſa principali, habita ꝓ reuocata interlocutoria nulla, vel
10 iniuſta ꝑ Iudices delegatos cogita. ſuper dictis per Cumiam hic, vbi ſupra, & ego dixero in loco citato.
Adde, ꝙ quęrit Cumia hic n. 18. an vidua,
11 vel ꝑſona priuilegiata a dictis ſententĳs, vel interlocutorĳs poſſit appellare, & ait Cumia, quòd non, quia neutra ex partibus quãtumuis priuilegiata appellare põt, Do. Maſtrill. dec. 134. n. 27. Ratio, quia hoc priuile-
12 giũ non eſt ꝑſonę, ſed iudicĳ Magiſtratus, & M. R. C. ſi tamen ꝑſonale aliqđ priuilegium eſſet, vt poſſit appellare vtique daretur appellatio, ſed quęſitis adde, ꝙ eſt obſeruandum, an priuilegium ꝑſonale ꝓualeat, vel ꝓponderet magis, quàm priuilegium M. R.
13 C. pro quo cogita: quia Princeps, qui reprę-ſentatur, per M. R. C. & per alia Tribunalia Regni dat hoc ius priuilegĳ Regiæ eius Curiæ, quæ hodie ſuccedit in locum Principis, de iure ſtatutario; & Præfecti Prætorĳ de iure communi, l. 1. C. de ſent. Præfect. Præt. l. ſi qs. & Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. ex offic. Specula. in tit. de ſupplicat. §. 1. & ꝑ totum in tex. in l. 1. ff. in quib. app. non licet. & in l. Præfecti, ff. de minorib. & & cap. ex litteris, & ibi Abb. extra de in in-
14 teg. reſtitu. & ne fas eſt allegare iniquitatem tam magni Iudicis, ſed ſupplicando ſubuenitur allegando negligentiam ſuam propriã; & petere veniam ſui erroris, & allegare circumuentionem aduerſarĳ, vel al aliquid ſimile, quòd ſecundum veritatem in facto cõtingeret d. l. præfecti, ff. de minorib. Azo. in ſumm. C. de ſent. Præfect. Præt. Afflict. in Prælud. conſtitut. quæſt. 3. fallentia. Marant. in titu. de appell. nu. 22. ſed idem Prin-
15 ceps alicui Illuſtri Perſonæ poſſet concedere

15 ex gratia,& reſcripto,quòd poſſet appellare;
& hoc tangit Cumia hic num. 18. de uidua;
& de hoc priuilegio perſonali, nota etiam,
16 uidua eſt priuilegiata de iure communi con-
comitante iure Regni,ſed reſcriptũ, ſiue gra-
tia principis poteſt addere priuilegium ma-
ius perſonæ, nam ſicut priuilegia priuilegijs
conquaſſantur : ita magis priuilegiatæ per-
ſonæ, & maiora priuilegia minoribus præfe-
runtur,quia priuilegium maius trahit ad ſe
17 minus : ideo in concurſu attendiĩ, quis ſit
magis priuilegiatus, qa hic debet præferri,
Affl. decſ. 56. Bartol.in l. vetum 12. §.Item
ff.de minorib.probo,quia talis priuilegiatus
gauderet ſuo priuilegio, quia ĩ caſu eſſet pri-
18 uilegiatus in ſpecie; M.R.C. uero in genere;
Caual.dec.1.de contractib. ex pluribus qua-
propter Princeps poſſet concedere tale priui-
legium,nõ tamen tale habet uidua,ut uidua,
quia eius priuilegium cedit Maieſtati M. R.
C. quæ eſt de latere Maieſtatis Regiæ, ex di-
19 ctis cogita ꝓfunde, & tace primo, quia pri-
uilegiatæ viduam ꝯ M.R.C. & conſequenter
contra ſe Princeps non præſumiĩ, quia ipſe
per dictam M.R.C.repręſentatur, Fely.conſ.
27. n.18. è contra vero poſſet concedere pri-
uilegium appellandi in Tribunali M. R. C.
ꝑꝑ meritum perſonæ,c.penult. extra de prę-
20 ſumpt. ſicuti e contra vrgenti de cauſa con-
cedit ſępiſſimè Princeps reſcripta, cum clau-
ſula appellatione remota; ergo maior ratio
eſſet dicere poſſe concedere quam remouere;
21 & tamen ſæpe remouet de facto multo ergo
magis concedere poterit a maioritate rõnis.
nam omnibus appellandi ſemper fuit data
poteſtas,l.1.& ſeqq.ff. de appellat.& cap. ad
Romanam cum ſeqq. 2. q.6. attamen Prin-
22 ceps iuſtis de cauſis poteſt denegare appella-
tionẽ,quando concedit priuilegia,& reſcrip-
ta gratioſa cum clauſula appellatione remo-
ta,& doctiſſimus Didacus Sahagus cap.j. de
reſcriptis,n.7. & ſeqq. vbi egregie punctum
iſtud examinat,& determinat, vt ẽt cõſtat ex
cauſa ſententiæ euidenter iniquę, vt bene ait
23 Cumia ſuper Capitulo pręſenti,n.12.nõ ob-
ſtante quocũq. ſtatuto vbi ex multis, ſed co-
gita;qa dicta mea te monent,non aũt cogũt;
cogere autem debent ꝑ me rõnes, & iura al-
legata.Incidens eſt qõ,an priuilegiatus vtaĩ
priuilegio contra pariter priuilegiatũ ꝑ quo
vide Auth. & ibi notata ꝑ Doctores, quas a-
ctiones, C. de ſacroſ. eccleſ. Colligiĩ ex hoc
tex. quòd priuilegiatus nõ põt vti priuilegio
24 ſuo ꝯ pariter priuilegiatũ. vide Vinc. de Frãc.
dec.186.& Magon.dec.130.& Ant. Faber in
dec.12.C.ad Macedoniam. Nã miſerabilis
perſona non poteſt vti priuilegio l.vnicæ cõ-
tra aliam miſerabilem, nec pia cauſa hæres
25 inſtituta detrahit falcidiam ꝯ Eccleſiam; nec
filiusfamilias poteſt vti priuilegio Macedo-
niano ꝯ aliũ filiũfamilias,de primo de Frãch.
de ſecundo Magon. de tertio Anton. Faber
agit, vbi ſupra.

Ad Capitulum X L V. eiuſque Commentarium obſeruatio quadrageſima quinta.

1 CONCORDAT cum l. æquiſſi-
mũ ff.de vſufr. & cũ alijs in corpore
obſeruationis. Ponitur meta loqua-
citati Rabularũ,qui cauſas ſuis verbis,& im-
pertinẽtibus clauſulis conanĩ immutare; ſed
aquam percutiunt, & ventos agitant, qa nõ
obſtante eorum dicto, qñ de natura cauſæ eſt
2 ordinariè præcedendum non obſtat dicere,ꝙ
ſummariè procedatur: vt cauſa tali inani ꝑ-
textu fiat inappellabilis, quia ſem ꝑ appella-
bilis remanet ex hac cõcluſione firmaĩ,ꝙ na-
tura cauſæ partium conſenſu non mutatur,
ſed ſupra alibi dictũ eſt, ꝙ de conſenſu partiũ
cauſa ſũmaria fieri poteſt ordinaria, qa re-
uertiĩ cauſa ad naturam ſuam iuridicã, hic
3 aũt n. 3. & ſeqq. dĩ quòd nulla cauſa poteſt
mutari de conſenſu partium, & ſic lis eſt in-
ter Tiraquel. & Baldũ, nos autẽ dicere opor-
ter,ꝙ bene Tiraq. & male Bald. addita ꝓſer-
tim praxi, quia cauſa ſummaria,& cauſa or-
dinaria differunt cũ in ſummaria abbreuienĩ
4 termini,& hodie ſem ꝑ videmus partes renũ-
ciare poſſe terminis; Cumia ſupra cap.38.n.
5 37. & paſſim. Quęſtio an priuilegiata cauſa
in principio deſinat eſſe priuilegiata ſi in me-
dio tꝑe litigij ceſſat priuilegiũ, puta đ vidua,
quæ medio tꝑe litis, cõuolauit ad ſecundas
nuptias,& de clerico,q effectus eſt ſęcularis,
& de milite,q reliquit militiam, vĩ quòd dẽt
ceſſare priuilegium: viduæ enim durante vi-
duitate durat priuilegium; ſicuti ĩ clerico, de
quo in puncto Dom. Maſtrill. deciſ. 113. a-
p.per totum, quoniam priuilegium cauſę of-
ficij durat vſque quo perdurat officium. tex.
in l.qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. eccl. & ibi
Do-

Doctores, & viduas dũ eſt in viduit. ſic gaudet priuilegio fori viri, ergo dum non manet
7 in viduitate ceſſat priuilegium, pariter & priuilegiũ cauſæ ſummariæ, Milanis. dec. 9. lib.
primo 6. quare non benec vt Cumia hic nu. 3. monuit ex glo. in Clem. ſæpe de uerb. ſignif.
hoc proponere, & tenere.
8 Sed rectè Cumia ex eo, quia inſpicitur natura ipſius cauſæ, eiuſq. origo, p tex. in l. cum
quædam puella, ff. de iuriſd. omn. iud. vbi eſt caſus; quòd ſi tempore litis conteſtatę cã
eſt ſummaria rõne perſonæ priuilegiatæ, vt viduæ, & in medio litis tradit ſe nuptui, ita
9 quod t pe late ſententiæ matrimonium eſt conſumatum, an per illud incidens cõmutet
naturam cauſæ, & ſic de non appellabili ſit effecta appellabilis? Reſpondetur quòd nõ,
quia attenditur origo, & initium cauſę, Io. Aloyſ. Sept. in c. 39. in princ. vbi multa ad
id adducit probandum, & ſic cum Ritus cõſideret naturam cauſæ, non attendit variationem qualitatis pſonæ viduæ, uel nuptæ,
10 ex quo ſi cauſa ſummaria tractet, ordinariè ẽt de conſenſu partium tunc cauſa remanet ĩ
appellabilis, non attento modo agendi ordinario, q a non modus, ſed cauſæ initiũ attendit, & natura. Quærit etiam an qñ agitur cũ
11 vidua, vel pupillo, vel alia pſona priuilegiata, quo caſu cauſa dr ſummaria, & non appellabilis, qñ perſona priuilegiata obtinet an
pcedat ẽt qñ ſuccumbit? Rñdetur, quòd in vtroq. caſu pariter pceditur Hierony. Fimia
12 hic in littera A. & qñ pupillus agit cũ maiore, & cauſæ eorum concurrunt, & ſunt cõplatę, & fertur ſnĩa ſuper vtroq. an tunc a ſnĩa
poſſit appellari? ait, quòd ſic, ſecus aũt ſi pupillus conueniatur a vidua, q a tũc neutra eſt
appellabilis, idem Fimia; incidit qõ an a ſententiã lata in poſſeſſorio ſummariſſimo poſ-
13 ſit appellari? ſedes huius caſus eſt in tex. l. equiſſimum, ff. de vſufructu, Guid. Pap. in
deciſ. 552. & eſt deciſio negatiua, Ioſeph Ludou. in dec. Peruſin. 30. & an talis ſententia dicatur interlocutoria, vel definitiua, de-
14 ciſum fuit pro interlocutoria, dec. Rot. Bonon. 79. Pet. Benint. & an in tali iudicio de-
15 tur reprobatio teſtium, Capyc. in deciſ. 55. dicit negatiuè, num. 3. & ſequen. & an detur
reſtitutio in integrum? idem Capyc. dicit,
16 quòd non, in dec. 13. & an in illa cauſa poſſeſſorij ſatis ſit vnicus teſtis? dicitur quòd ſic.
Grat. in dec. 192.

De cauſis criminalibus, in quibus ſummariè proceditur.

Ad Capitulum XLVI. eiuſque Commentarium, & Rubricam obſeruatio quadrageſima-ſexta.

1 CONCORDAT cum multiplici iure, vt in corpore obſeruationis late apparet. Duæ ſunt columnæ iudiciorũ in quibus tota ferè iuſtitiæ machina innixa eſt, vna ciuilis, altera Criminalis: Ci-
2 uilis eſt, quando principaliter in iudicio agitur ad commodum partium, ſiue cauſa dependeat ex delicto, vel quaſi, ſiue ex contractu, vel quaſi, criminalis vero eſt, quãdo pri-
3 cipaliter agitur ad publicam vẽdictam ex delicto, ex qua oritur publicũ commodũ, nam ex corporali punitione delinquentium iuſti-
4 ficatur, & diſciplinam ad bonũ recipit tota ciuitas, quamuis priuato nullum videatur proximè emanare commodum, ex quo nota,
5 quòd quoties priuati commodum ptractatur Ciuilis dicitur cauſa, vt ẽt ſi de pecuniaria pœna ageretur eadem tamẽ applicata publico, vel fiſco dr criminalis: & hic eſt cardo huius doctrinę rite fundandus ante pgreſſum huius adnotationis.
6 Et pręterea ſicuti cauſa publica, vel priuata dr dare nomẽ cauſę ciuili, uel criminali ex dictis ſupra; ita ſortitur idem nomen ex modo agendi: nam ſi proponitur p modũ actionis, ſeu accuſationis eſt criminalis, ſi p modũ exceptionis, eſt Ciuilis, ſed relicto Cumia
7 hic mecũ perge ad vlteriora, & quidẽ primo aduertas velim, quòd cauſa criminalis eſt illa, qua contra aliquem in iudicio agitur ad effectum eũ condemnandi facere, vt debitam pęnam luat, vt clariſſimum eſt, ſed quærunt doctores hic, an poſſint accuſari de iure communi aduerſarium ſuum reaccuſare de pari,
8 vel maiori crimine? & quidem de Regni, tũ noſtri, tum etiam Neapolitani obſeruantia non eſt licitum, & ſi tale crimen obiectum ſit præiudiciale primo Crimini. Gramm. deciſ. 53. & Pappon. lib. 24. tit. 2. arreſt. 7. Caſus
9 practicabilis hic, & vbique locorum eſt, quòd vxor occiſi poteſt de morte uiri accuſare, ſed tunc quando concurrunt dicta uxor, & filij

occiſi propoſitis accuſationibus in diuerſis
10 Tribunalibus pfertur accuſatio filiorũ,vt qui
ſunt magis intrinſeci patri, Vinc. de Franch.
dec.382.p.2.vide Pappon.lib.24.tit.1.arreſt.
5. & Barr.ĩ l.1.§.ſi ſimul.ff.ad l. Iul.de adult.
11 an vxor poſſit accuſare maritum de adulte-
rio ? dr̃ quod non , niſi per modum excep-
tionis, Pappon. lib.24.tit.2. arreſt. 6. Ratio
eſt, quia non eſt liberum cuiq. accuſare quẽ-
12 quam ſicuti non licet clericis accuſare laicos,
nec laicis clericos.cap. ſicur,2.q.7.niſi ſit cri-
men,pro quo quilibet de populo poſſet accu-
ſare,vt crimen læſæ maieſtatis, & crimen hę-
reſis,& nefandi,& ſimilium ſicuti ẽt pęna pe-
cuniaria , vbicunq. ex crimine priuato venit
13 imponenda fiſco,vel ærario publico,quilibet
de populo ad accuſandum admittir̃. Bar.in l.
1.n.11. ff.de iure fiſci, ſed ſcias pendente iu-
dicio ſuper accuſatione Ciuili non poteſt p-
poni accuſatio criminalis ſuper eod.crimine.
l.interdum 4. ff.de publ. iudic. quandoq.ve-
ro fallit iſta regula; & accuſatio criminis; &
14 actio ciuilis poſſunt cumulari ; vide Clarum
in ſua praxi criminal. §. fin. q. 2. notã ẽt, ꝙ
accuſatio eſt remedium ordinariũ, inquiſitio
vero extraordinarium , & ſic quemadmodũ
15 in Ciuili exiſtente remedio ordinario ceſſat
extraordinarium, ex Claro q.3.ibidem, vnde
ſi fiſcus fecerit inquiſitionem , & inde veniat
pars,& accuſet ceſſat inquiſitio,non ſolũ prę-
dicta ratione, quia eſt remedium extraordi-
nariũ,& ſuccedit in eius locum ordinariũ p-
poſita accuſatione, verum ẽt,quia exiſtente
16 pricipali actore ceſſat acceſſorius,puta fiſcus,
& hoc quandoq. procedit, quandoq.vero nõ:
pro quo vide Marant.in Specul. de iud. p. 6.
17 Sed quid mortuo querelante? vel accuſatore
an Iudex poſſit ex officio pcedere ꝯ accuſatũ
ob publicã utilitatem , ne crimen remaneat
impunitũ? Nart. conſ.219.& ex his,& alijs, q̃
differuntur dicenda ad librum noſtræ praxis
Siculæ conſtare poteſt veritas dictæ praxis.
18 Fructus ergo huius Rubricæ, & Capituli
46. eſt, ꝙ in cauſis criminalibus in delicto re-
centi bimeſtri a die ſcientiæ delicti, veræ in-
fallibilis notitiæ, quæ vt potis eſt uiribus hu-
manis p uerã habet,quodq. ſenſu aliquo cor-
poris innoteſcat, qñq. ẽt præſumpræ, & qñq.
19 fictæ Cumia hic n. 2. ſed iſta ſcientia hoc lo-
co dr̃, ut ſit oppoſita ignorantię, & textus lo-
quitur de ſcientia uera, & non aliter , quantũ
ſpectat ad ignorantiam : uide Cumiam a n.
10. ad n. 15. incluſiuè ubi uideris an ignorã-
tia poſſit probari iuramento , & quo caſu,
& an requirantur alię probationes, & cętera,
p quæ in dictis cauſis ſummariè pceditur ,
20 quòd uerbum ſummariè ſignificat modum
procedendi ĩ iudicio, & nõ quoad probatio-
nem, quapropter requiritur in textu, quòd cõ-
ſtet iudici plenè, uel ſemiplene ipſum delictũ
in tantum, ut ſit locus torturis , tũc fiet aper-
21 tura,& carceratur reus : hẽt tamen accuſator
facultatem infra dies octo tantùm a die prę-
ſtitæ fideiuſſionis , niſi alia cauſa legitima
maius temporis ſpatium poſtularet, pbandi
intentionem ſuam, infra quam dilationẽ ac-
cuſatus poſſit ſimul, & ſemel ſe defendere.
22 Adde, quòd aut reus torquetur, & eſt ne-
gatiuus, & tunc remittitur in iuſtitia, fit pro-
ceſſus, & ſeruatur, quòd dantur acta atteſta-
tiones, & iura, quibus fiſcus , & pars aduerſa
fundare conatur intentionem ſuam, quę acta
ſtatim, ac iuridice regulariter dari debent, &
cõpia productorum poſt publicationẽ factã ,
qa actus iudiciarius eſt cõis utrique parti , &
non põt denegari regulariter, & ut plurimũ.
23 Secus autem , & fallit in modo pcedendi
ex abrupto, ubi non poteſt ſe defendere reus,
niſi in termino innocentiæ poſtquã fuit con-
feſſus, quia actorum, & atteſtationum editio
eſt defenſio, & reus non poteſt ſe defendere ,
niſi in dicto termino Innocentiæ, qui eſt die-
rum octo ipſi reo aſſignato .
24 Sed quia coincidit hìc ſermo de modo p-
cedendi ex abrupto in criminalibus, qui mo-
dus eſt frequẽs, utilis, & in Regno neceſſariò
cognoſcendus. Ideo de eo hęc pauca dica-
mus, tàm ad textum , quàm etiam ad ipſum
Cumiam hìc nu. 40. & 41. addentes.
25 Eſt ergo dictus modus procedendi ex ab-
rupto ĩ Regno noſtro introductus ab Excel-
lentiſſimis Proregibus , qui iuris cõis tùm
Romani, tùm ſtatutarij animo perpendentes
diſpoſitionem , per quòd facinoroſos homi-
nes prauæ uitæ , condõnis , & famæ permiſ-
ſum erat procedere ex officio ab torturas ex
proceſſu informatiuo, non datis defenſioni-
bus, neque copia inditiorum ; tamen hodie
26 indifferenter contra omnes eodem modo p-
cedunt de facto , & non concluſo proceſſu,
etiam cõtra ſponte pręſentatos in fortijs Cu-
riæ ex Regni capitulis 58. & 193. Imperato-
ris Caroli, in quibus habetur ſummatim , ꝙ
uidelicet in dicto c. 58. ſcribat Proregi, quòd
pro-

27 prouideat iuxta ſalubrem Regni iuſtitiam; in Capitulo uero 193. melius, & clarius, quòd vtique Proreges obſeruent circa hoc ipſa capitula Regni, & hoc ius fuerat multa ante ſęcula conceſſum iſti Regno per Regem Ioannem c. 49. per quod caueatur ad poſtulata per generale parlamentũ, vt nemo poſſit torqueri niſi concluſo ꝓceſſu, excepto crimine læſę maieſtatis, vt ſeruetur, quòd ius cõmune ſta-
28 tuit, quod ius commune poteſt intelligi, tàm dictum ius Romanum, quàm ius Regni ex Decian. tract. crim. tit. de ſtatut. ciuit. nu. 4. Sebaſt. Medic. in tract. de legib. & ſtatut. q. 10. in q. 4. princ. n. 2. & Tuſcus concl. 426. n. 3. & concl. 541. n. 1. ſub littera S. Ratio eſt, quia ius ſtaturarium eſt commune ī Regno, vbi ſeruari debet.
29 Hic modus ex abrupto ꝓceſſiuus eſt ordinis iudiciarij excluſiuus, q a i cò ꝓcedit̄ ſummariè, & abſq. iuris ſolẽnitate Marant. de ord. iud. p. 2. n. 9. & 26. & p. 4. diſt. 9. n. 41. Muta in c. Ritus 34. n. 1. Oſaſc. dec. 1. n. 1, Cal. de modo articuland. gl. 3. §. 1. n. 1. Natt. cõſ. 585. n. 1. Burſat. cõſ. 201. n. 98. Aſin. ī pract. iud. §. 3. c. 27. n. 4. & ſeqq. Auend. dec. 5. n. 4. & 9. in fi. Barz. dec. 30. n. 2. Rimin. iun. conſ. 503. n. 42. Gram. dec. 68. n. 11. & prag. vnic. §. 3. tit. 55. com. 1. in verb. & ſi proceda ſommariamẽte, & ex abrupto Scac. in pract. iud. c. 59. n. 20. Rouit. in prag. Neapol. de bonis proditorum 1. vbi inquit p ipſam clauſulã eſſe
30 ſublatam ordinationẽ iudicij, & non eſſe incãdum de termino defenſiuo rei, vt poſſit deuenire eum ad torturam bene ergo in Rubrica noſtra de dictis cauſis criminalibus, in q. bus ſummariè ꝓcedit̄, & ad id attendens noſter. Cam. in d. antepoſita 41. ſe conueteur ad modũ procedendi ex abrupto,
31 Fundato ergo iſto mõ ſummario, ſeu ex abrupto in cauſis criminalibus quęro, qñ contingit aliqua difficultas circa eũ, quo iure eſt procedẽdũ, & qñ interpretari debemus? pro cuius reſolutione ſciẽdũ, q iſte modus interpretar̄ ſtrictè ſicuti ſtatutũ, & q d̃ odioſum, Oſaſc. dec. 88. n. 10. Tuſc. concl. 492. in littera T. & concl. 496. n. 1. & concl. 607. n. 5. ſub littera S. Alba Mandel. conſ. 3. n. 13. Chartar. ī prax. interrogat. reor. lib. 4. c. 1. n. 203. Tiraq. in præfat. tract. de retract. n. 62. in fine, & Tuſcus concl. 606. nu. 5. in littera S. non obſtat autem idẽ Tuſcus concl. 49. in littera B. vbi
32 ait, quòd Indultus Principis eſt large interpretandus, quia ibi loquitur in gratioſis, hìc aũt modus ex abrupto eſt odioſus. Idem Tuſc. concl. 606. vbi ſupra eſt enim odioſus reis, q a denegat copiã proceſſus, & defenſiones.
33 Debet ergo ſtrictè interpretari, qui quidem modus proponitur, & intelligitur propoſitus multis modis in prouiſionibus Proregis videlicet per clauſulam etiam extraordinariè: Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 16. num. 22. Mut. in cap. Reg. Ritus 99. num. 25. & ex clauſula, Brachio Regio, Caualc. in tract. de brach. Reg. p. 1. n. 10. & ſeqq. & per clauſula ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Cum la ex dictis ſupra, & per clauſulã de facto. Tuſcus concl. 590. nu. 32. in litt. S. Menoch. de arbit. quæſt. 7. n. 69. Marcheſan. de commiſſ. p. 2. c. 17. n. 19. & c. Regni Reg. Carol. 58. in verb. procedere de facto.
34 Item ex clauſula diſpenſatiuo modo, vel palatino modo facit prag. de cauſis ſummarijs, quæ correſpondet huic noſtræ Rubricæ, & capitulo 46. quam omnino vide, & prag. 3. tit. 80. tom. 1. & prag. 12. titul. 2. Thom. 1. Conſett. 99. Forenſ. lib. 2. q. 1. verſ. vt ergo,
35 & Intrigl. deciſ. 12. in proprio iſte ergo modus ſic clauſulatus interpretari inquam debet ſecundum iura, & modos infraſcriptos ſuppoſito, primo, quòd dictus modus ex abrupto, & diſpenſatiuus, ſeu diſpenſatiuè proceſſiuus eſt contra ius commune, & contra ius municipale prædicti Regni. Rodolfin. de ſuprema Principis poteſt. cap. 6. num. 86. & ſeq. Chartar. de execut. ſent. cap. ban. cap. 3. num. 20. & dec. 67. num. 3. Fatin. q. 11. nu. 15. & q. 39. nũ. 1. Tuſcus concl. 451. num. 4. in littera S. Afflict. dec. 391. num. 3. & Beccius conſ. 51. num. 9. Bald. in tract. de quæſt. q. 10. num. 19. Ameſcua de poteſtate in ſe ipſum lib. 1. cap. 9. nume. 10. qui profectò modus eſt hodie vtilis, & laudabilis in Re-
36 gno, quia prudentiſſimi, & Excellentiſſimĩ Proreges ſumma cum ratione introduxerũt ad profligandam malorum audaciam, & delinquendi procliuitatem, vt clare probabo in libro meo praxis Siculę, & modus hic laudatur a Vaſq. in quæſt. controuer. cap. 25. n. 29. & ſeqq. & cap. 36. nu. 1. Grammat. dec. 65. nu. 32. Menoch. conſ. 421. nu. 25. Auend. deciſ. 127. num. 1. Pariſ. de reſig. benefic. lib. 3. q. 18. n. 128. Tiraq. in pręfatio. tract. de pęn. 44. & ſeqq. & Aſin. de execut. c. 4. n. 4. fol. 29. & Theſau. ī dec. 87. n. 6. Fatin. q. 39. n. 4.

&

& conſ. 103. n.8. Rodolſin. cap.6. nu.92. &
Tuſcus concl.471.n.1. hoc ergo præſuppoſi-
to. Dico q modus prædictus ex abrupto p-
ceſſiuus i caſu interpretationis debet ad mi-
nus interpretari ſecundum ius commune, &
ius ſtatutarium Regni, ut illud minus offen-
dat, & ſi deuiat ab eorum diſpoſitione debet
interpretari ſm iura communia, & ſtatutaria
Regni, & eorũ tẽperamẽtis moderari. Surd.
conſ.507. nu.5. Anna alleg. 72. nu. 8. Alba
conſ.40. uerſ. neque Maſcard. in tract. de ſtat.
concl.2. n.226. Tuſcus concl. 489. n.7. i lit-
tera D. & concl. 573. n.74. litt. S. Cannet. in
c. ſi aliquem. uerſ. pmittendũ eſt, n. 20. tùm
quia hic modus eſt limitandus, & reſtringẽ-
38 dus ſecundum ius cõe, quia lex noua limita-
tur per antiquam, qñ noua expreſſe non limi-
tat, neq. corrigit antiquam: rurſus eſt inter-
pretandus ſecundum obſeruantiam ſubſecu-
tam poſt eius introductionem, q a eius natu-
ra eſt cẽm tollere ambiguitatem. Chart. dec.
67. nu.20. & 28. & ſeqq. Ladetch. conſ.107.
n.25. Caual. de brach. Regio, in repert. verſ.
ſtatuta recipiunt, & dicta autoritas pendet
a praxi, & obſeruantia. Tuſcus concl. 466. n.
2. & ſeqq. & concl. 261. nu. 3. litera L. Ma-
ſcard. de ſtat. concl.2. n.159. & Tuſcus con-
cl.454. n.6. Maſcard. vbi ſup. n.171. & Alex.
conſ.7. n.7. vol.1. Grauett. conſ.205. n.2. de-
39 bet ergo quantum fieri poteſt dictus modus
concordare cum iure communi. Tuſcus con-
cl. 573. n.6. littera S. & concl.578. nu.14. &
his præuijs conſtat, quid, qualis, quantus, &
quo vigeat, & ſit dictus modus proceſſurus ?
quare ad alia progrediamur. Ante oĩa Iudex
debet aduertere i iſto pceſſu informatiuo, an
conſtet de corpore delicti, antequam deue-
40 niat ad perſonam, quę delictũ commiſiſſe di-
catur, & forma huius probationis, ponit mo-
dernus Romanus q.2. Muſcat. in praxi crim.
de probat. de delict. in gener. Ball. q.11. in
tract. de quæſt. & ita neceſſe eſt pcedere deli-
ctum ſaltem in genere, quod ſine eo oĩa ſunt
41 irrita, & nulla nã accuſatio, ſeu inquiſitio, vel
inſtantia partis ? reum eſſe cõditionalis vide-
licet ſi cauſæ per eos expreſſa ſubſiſtat, ut be-
ne Fab. de Montel. in prax. crb. fol. 508. alias
enim nemo põt dici delinquẽs. Farin. conſ.
60. n.3. & ſic poteſtas cõceſſa in litteris diſpẽ-
42 ſatiuis fundatur in delicto; q ſi ſiquã qualitas
neceſſaria dẽt conſtare ſaltẽ in genere, & ante
oĩa eſt probãda. Farinat. q.62. nu.7. Tuſcus
43 cõcl.555. n.3. & ſeqq. in littera S. modus.
iſte nõ pdeſt parti, nec iudici, aut fiſco accu-
ſanti, iudicanti, & indaganti, niſi ſit conſtitũ
de delicto; aliàs oĩa ſunt nulla ſi aliter proce-
datur, videlicet pceſſus, & oĩa ſecuta ex inde;
ſequitur etiam abſolutio rei. Farin. q.1. n.5. &
6. vbi ſupra; ſed iſta probatio delicti in gene-
re, vel i ſpecie ſaltem judicialiter pcedere dẽt
44 ? certam pſonam, aliàs nullatenus põt quis
criminaliter moleſtari; tùm ordinariè, tùm
multo magis ex abrupto. ex dictis ſupra
Et fundato delicto. ſtante præſertim mala
45 condõne vitæ, morum, & famæ ipſius accu-
ſati ex qualitate pſonę uerè delinquentis, cõ-
ſtitoq. dicto modo de p̃tenſo maleficio, vt
ego dicam fuſius in libro meo praxis Siculæ,
46 caſus in quibus ex abrupto pceditur frequẽ-
tiores ſcire oportet (in q bus ẽt diſpenſatiuo
modo ad torturam proceditur) relictis alijs
leuioribus, i q bus pcedi ſolet via, & pęna ar-
bitraria, & extraordinaria de q bus in d. libro
47 meo ubi ſupra, dixero: hic aũt tantũ recenſeo
aliquos, quorũ primus eſt ? inſultantes, qui
de uno ad aliũ locũ, ut inimicũ aggrediãtur,
ſaltant, ẽt accidentaliter, licet pſona aggreſ-
ſa exiſtat in publicis carcerib. ſeu in Caſtris
Regijs, ſi ex pcuſſione ſanguis emanet Prag.
unic. tit.45. tom.1. & ibi Ball. fol.237. in fi.
48 Secundus, ? famulos amicos, uel dome-
ſticos habitantes in eadem domo corrum-
pentes, ſuadentes, uel alio modo immutan-
tes. ſeruas, & ſeruos famulos, & famulas;
ut furtum faciant, uel cum eis cocant,
49 pœna eſt remigandi durante uita, ex prag-
mat. unica tit. 43. tom. primo, in uerb. & li
ſeruitori.
50 Tertius contra ſubducentes ſeruas, &
ſeruos alienas, uel alienos in eorum ædes in-
grediendo, offendendo eorum honorem,
pœna eſt remigandi per decennium contra
plebeios, contra nobiles uerò in Caſtro per-
manendi pro eodem tempore. dicta pragm.
unic. tit.43. tom.1.
51 Quartus caſus contra inſultantes, offen-
dentes, uel iniuriantes, ſeu mandantes, aut
auxiliantes appoſtato modo, & appenſatè
quaslibet perſonas cum baculo, neruo, uir-
gula, uel alijs inſtrumentis uituperoſis, &
proijciens Caruſellos, murgæ, affigentes
cornua in domibus. ex Pragmat. unic. tit.
43. tom. primo, pœna eſt remigandi per de-
cẽnium ignobilibus, nobilibus uerò manẽdi
in

in Caſtro; ſed iſta pęna fuit aucta ad mortē naturalem ex prag. Comitis Albæ olim Proregis edita xv. Octobr. xiiij. ind. 1585. Ball. de litt. diſpenſ. caſ. 17. præmiſſo 1. n. 2.

52 Quintus contra incendiarios tanquã cōmittẽtes immane crimẽ, pęna eſt mortis naturalis, Affl. dec. 391. nu. 10. Clarus q. 68. in verb. incendiarij. Gram. voto 3. n. 24. & conſ. 64. num. 4.

53 Sextus caſus ꝙ apportãtes ſcopettonos pęnas tamẽ Regni ſcientes, vt Regnicolę, habẽtes oĩa req̃ſita, & neceſſaria ad ſcopettonos, eorũq. operationi, nihilo deficiente, & ẽt deferentes, vel detinentes ſcopettonos in loco ſcienter, pœna eſt nobilibus carceris in Caſtro ꝑ decenniũ, & ſcutorũ decẽ millium ignobilibus vero remigandi eodẽ tpe, quæ pœna cōprehendit ẽt operarios q̃ſolibet ad eos fabricandos, reficiendos, vel vendẽdos prag. edita Panormi die 28. Ianuarij xv. indict. 1587. ꝑ dictum Comitẽ Albæ. Ball. in d. tract. de litt. diſpenſ. in caſu 6. Bologn. conſ. 25. n. 30. Farin. q. 108. n. 86.

54 Septimus ꝙ auxiliantes, & receptantes bānitos, & foriudicatos, & diſcuſſores cãpaneę, ſponte, ſcienter, & nō coactẽ, ſeu per violentiam, & non valentes expellere ſine periculo, q tunc non incurrũt pęnã, quę eſt contra nobiles florenorũ, ex milliũ, vel deportationis; ꝙ vero ignobiles remigandi toto tẽpore vitæ, prag. 5. tit. 48. tom. 1. q prag. req̃rit veram ſcientiã, & plenã receptũ, ſeu receptatũ fuiſſe bannitũ, ex litteris Ducis Feriæ olim Proregis datis Panormi, die vltimo Decẽbr. j. ind. 1601. noſter Cumia, c. 8. de ſynd. nu. 34. & hic in c. 46. n. 4. Farin. q. 1. nu. 28. Ball. ſuper prag. Carol. §. 3. fol. 328. n. 15. tom. 2.

55 Fallit pęna prag. in præſtãtibus auxiliũ iuris, vt in Aduocatis, Procuratoribus, Tuſcus concl. 471. nu. 4. littera S. licet in Regno hoc habeat diſtinctionem de qua practici.

56 Octauus in homicidio appoſtato, q eſt delictũ grauiſſimũ, Farin. ſeu modernus Rom. q. 18. n. 90. Do. Maſtrill. de Indult. c. 28. n. j. pęna eſt mortis naturalis ex conſt. Regni terminum vitæ. Intrigl. conſ. 15. n. 1.

57 Nonus in mutilatione, vel debilitatione mēbrorũ, vel cicatrice deformi, & apparente ĩ facie, & pcipuẽ attenta qualitate perſonæ appoſtatæ. pęna eſt appoſtantibus conſtituta amputationis manus, ex conſt. ſi aliquem; & noſter Cumia infra. in c. 52. n. 15. n. 15. Ball. vbi ſup. caſu 2. nũ. 11. Sed hodie iſtam pœnam apud Tribunal R. C. non video obſeruari, nam huiuſmundi homines manu amputati non uidentur ex pœna prædicta ĩ plateis, nunquam enim talis amputatio eſt in vſu contra perſonam viuentẽ, niſi ſimul mortatur ex aggrauante delicto, vel alio pœnæ genere plectaſ, teſtis eſt cōis praxis; tanto magis, quia ĩ dictis delictis tortura debet eſſe leuis; videlicet non vltra quinq. ictus funis in duabus vicibus.

58 Decimus contra habentes, vel autores rixę popularis ĩ qua eſſet periculum tumultus, & ſcandali. Gram. voto 19. & Ball. vbi ſup. caſu 3. nu. 3. Sed inter Gramm. & Ball. locis citatis eſt diſſidium, q a Gramm. vult, quòd ad hoc, vt procedatur ex abrupto contra dictos rixantes, rixa ſit principaliter tentata ad ſcandalum; ſecus autem ſi in conſequentiam alterius delicti, ſed tu cogita. quia mihi Gram. placet.

59 Vndecimus contra appoſtantes, inſultantes cum expugnatione domus, vel apothecæ prag. vnic. tit. 44. tom. 1. verſ. aut ſi q̃s domi, intellige domum tã propriam, q̃ conductã, tãmque gratis datã; dummodo non ſit communis ẽt inſultanti, ceſſat inſultus ẽt in domo vbi vir inſultat vxorem, & pater filium. Amod. in tract. ſind. nu. 251. aliàs pœna eſt perpetui exilij cōtra liberos, ꝙ ſeruos uero vltimi ſupplicij, ex prag. prædicta.

60 Duodecimus contra fures, & latrones nocturnos diſcalantes, ſeu diſcaſſantes domos, & apothecas. pœna eſt hodie vltimi ſupplicij, ut aiunt Petrus antiquus Siculus; & Fimia in c. 51. Regis Martini.

61 Tertius decimus caſus eſt ꝙ carceris fractores; qui capite puniunſ, ex l. 1. ff. de effract. & expil. Caball. caſu 42. nu. 5. in reſol. crimi. fallit in aufugientes per hoſtium apertũ, q a tunc ordinariè punitur & minus. Ball. in d. tract. de litt. diſpenſ. caſ. 14. n. 4.

62 Quartus decimus contra diſcalantes monaſteria ad finem committendi aliquod delictum, qui graui pœna ſunt puniendi. Farinac. quæſt. 20. num. 145. Caball. caſu 97. nu. 17. & ſeq.

63 Quintus decimus contra furta cōmittentes in vijs publicis, campis, mãdris, tugurijs, & maſſarijs, cum vi, & violentia: pœna eſt mortis naturalis, & talium cadauera diuidũtur in partes, vt ſeruatur in Magn. R. C. & hæc

hæc incurritur pœna etiam ſi talia furta facta ſint in vijs publicis non frequentatis; ex Do. Maſtrill. de indultu c.33.n.2. & nu.8. ex prag. 1.tit.47. to.1. etiam ſi furta in mari cōmittant, & in flumine publico, vel in ponte fluminis. Vis, & violentia probat̄ ꝑ Ballum caſu x. de lit. diſp. etiam in furtis minimis, & primis: in furtis autem domeſticis nō imponitur pœna ex vi dictæ Pragmaticę, ſed ex cōſuetudine, ex qua infligitur pęna, vel mortis, vel triremium.

64 Decimus ſextus contra committentes furtū magnū, quæ quantitas, magnitudinē faciat relinquetur arbitrio Iudicantis, vt prudēter obſeruet dānum rōne pſonæ, diuitiarum, dāni notabilis, & cætera. Menoch. de arbitr. caſu 295. n.9. Apiguet. dec. 27. n.7. & prag. 1. & 2. titu. 47. tom. 1. & in Regno eſt conſuetudo ſcripta ꝑ dictam prag. quòd in oib⁹ furtis ab vnc. quinque ſupra in quibuslibet locis commiſſis etiam ſine violentia ad inſtātiam fiſci ꝓceditur, pęna capitis eſt imponēda, Cumia noſter ſuper Prag. pſentis Ritus fol.55. col.1. in forma accuſationis. Bonior. in c. Regni 51. dicti Reg. Martini, Ballus, vbi ſupra. in caſu 11. nu.3. & ſeqq. & hoc furtū non ſolùm eſt cōmiſſum ſupra vnc. quinque, ēt ſi duo, vel plura commiſiſſet, quæ dictam ſummā excedunt, q̄a vnicū indicat̄ furtum nō aūt plura Baiard. in add. ad Clarū, §. furtū, n.38. & in q.84. n.30. Ballus vbi ſupra d. caſu 11. n.8. ſub quo furti genere continet̄ ſacrilegium, & furtum rerum ſacrarum, Mollign. in tract. de appel. n.502.

65 Decimus ſeptimus ꝯ fabricātes falsā monetā, & eius expēſores ſciēter. ex conſt. Reg. adulterinā. de cude. monet. adult. prag. 1. §. 3. tit. 72. tom. 1. & ꝑ prag. nouiſſime editā ꝑ Ducē Ferię ī an. 1602. ex qua cōſtituta eſt pęna vitę, & publicationis bonorū ipſo iure, & ipſo facto irremiſſibiliter, Frāch. dec. 401. n.1.

66 Decimus octauus ꝯ prauos monetarū tōdētes oībus pęnis plectendos, q̄ faſtu, pōpa, crapula, & luxu ſuperbientes ſeptuaginta, & cētenatio turpiter furati ſunt, maximo cū dāno, & ꝑnicie Regni, & oīum Regnicolarum ruina: pęna eſt mortis naturalis; & puiblicationis bonorū ex Regni cōſt. & hodie eſt pęna cōmuſtionis, vt pluries vidim⁹ exerceri ꝯ dictos delinquentes; & latrones, Farin. q.15. inſpect. 2. & expēſores dictæ monetæ caueāt, quia verè in pondere falſam expendunt monetam, & puniunt̄, Caball. in reſolut. cri. caſu 191. n.137. in fi.

22 Adde etiam, quę diximus ſupra cap. 169. & in verbo text. per inſpectionem oculorũ, requiritur partis citatio, vt bene Bertachin.

in

in ſuo repertorio in verbo, citatio, requiri-
tur, verſ. 106.

Ad Capitulum LXXXVII. eiuſque Commentarium obſeruatio octuageſima ſeptima.

1 IN parte diſcrepat, in parte vero conſo-
nat cum iure cõmuni, ſed de materia
huius ſtatuti vidimus, & multa nota-
2 tu digna obſeruauimus ſuperius, in capitu-
lo 85. & in puncto adduximus duas clariſ-
ſimas deciſiones, vnam D. Maſtrill. 176. p.
2. alteram Caſtillæ 83. lib. 1.
3 Dictus Ritus 87. eſt titulatus in hãc for-
mam, an appellationi locus fuerit M. C. eſt
cognitio, & habet in corpore textus duo di-
cta primum videlicet, quando ſententia la-
ta eſt a M. C. ab eaque appellatur, & fit hę-
ſitatio an appellatio admitti debeat, necne?
Magnæ Curiæ, & non iudicis ad quem co-
gnitio eſt, ſecundum Ritum antiquum ha-
ctenus obſeruatum.
4 Secundum dictum eſt, ex primo dicto re-
flexe recollectum, ita quòd Mag. Cur. in ca-
ſu noſtro, eſt iudex à quo, & Tribunal S. R.
C. eſt iudex ad quem.
5 Cumia noſter hìc vel eſt mutus, & defe-
ctuoſus, vel quidquid dicit, male dicit, ait
enim in ſuo paruo notabili, quod Iudicis á
quo, & nõ iudicis ad quem eſt dicta cogni-
tio, quod eſt verum; proſequitur Cumia,
6 &, ait, quòd hoc eſt ſecundum regulas iuris
communis, quibus iudicis ad quem, & non
iudicis a quo cognitio eſt, in quibus verbis,
duo dicit Cumia, fere cæcutiens, primo ait,
quòd cognitio eſt de iure communi ipſius
iudicis ad quem, & nón iudicis a quo, & ta-
men inducit, quòd præſens ſtatutum eſt ſe-
7 cundum regulas iuris communis, cum ve-
ritas ſit, quòd ſtatutum præſentis Ritus, di-
cat cognitionem eſſe Magnæ Regię Curiæ,
vt legenti acuto patere poterit, & ſic iudicis
à quo, cum per Capitulum præſens ſtatua-
tur a ſententia lata per M. C. poſſe appellari
in verbis dicti textus (cum a ſententia lata
in Magna Regia Curia appellatur, & ſic ſu-
mus in claris, & Cumia laborat in obſcuris
conſcius ipſe ſibi; Sed dubito ex eo, quia
8 ſupradiximus à ſententijs M. R. C. non ap-
pellari ſed ab ea, ſi quis ſentiat ſe grauatum
remedio ſupplicationis, reuiſſionis, & gra-
uaminis ei dari, & non aliter, at modo dici-
9 tur in iſto capitulo, quòd a ſententijs in M.
C. latis appellatur, ſed pro Magna Curia
tantum reſeruatur, quòd quando fit hęſita-
tio, an appellatio admitti debeat, tũc M. C.
10 cognoſcit, & ſic queſtio eſt de admittenda,
vel non admittenda appellatione, non au-
tẽ, quòd ab ea non poſſit appellari? ſed no-
11 tare debent iudices, hoc iuris ſtatutarij Re-
gni arcanum, paucis notum, & à nemĩne vi-
di hoc loco conſiderari; quòd quidem ob-
12 ſeruari debet, & ſi quis forte temerarius, no-
ſtra dicta aſpernaretur, caueat, & cum ipſe
viderit, quæ, & qualia, ego vidi, me ei in di-
ſcipulum tradam, ſed pro modo mecum rẽ
ipſam perpendat, ſcire ergo oportet, pro re-
ſolutione dictæ arduæ difficultatis, quòd in
13 iure Regni appellatio quandoq; confundi-
tur cum alijs remedijs, & præſertim cũ gra-
uamine, quòd tantum ab ipſa differt in eo,
quòd grauamen per eadem acta, ſed appel-
latio non ita, quia in ea non deducta dedu-
cuntur, & non probata, probantur, cuius rei
argumenta multa in promptu haberem, ni-
14 ſi breuitati velim incumbere, tantùm ergo
dicam, quòd hæc, quæ dicta ſunt, probari
poſſunt ex his primo, quòd adeo verifican-
tur, vt ita mihi loqui liceat, appellatio, &
grauamen, in iure ſtatutario Regni: quòd
in capitulo 85. dicitur, quod quædam cau-
ſæ ſunt in quibus appellatur via grauami-
nis, & ſic appellatio, & grauamen vniuntur
per textum, & per doctores noſtrates ibidẽ.
15 Secũdo, quia, via grauaminis, eſt ſpecies
appellationis, cũ clauſula tamen, quòd pro-
ceſſus expediri debet per eadem acta; in re-
liquis vero naturam retinet appellationis
ſimplicis, per hoc ſtatutum tantùm, Cumia
dicto cap. 85. nu. 1.
16 Tertio ꝑ additum grauaminis ipſa ap-
pellatio alteratur, vt conſtat ex natura ap-
pellationis l. per hanc C. de temp. appel. &
in Conſtitutione Regni vulgatiſſima, Cu-
mia num. 2. 3. & ſeqq. & num. 14. & ex his
17 potes dignoſcere iuris arcanũ; reliqua, quæ
hic dici poſſunt, reticeo, & mihi reſeruo pro
meo priuato libro praxis ſiculæ q. 4. adde
tñ ad prędicta, quòd quando appellatur de
iure cõmuni a iudice inferiore nõ ad M. C.
ſpectat tunc enim tamquam ad Iudicem
appellationis, & nõ ad iudicem inferiorem,

&

18 & ſic à Iudice a quo quidem ſecundum ius
commune ex text. in l. Chirographis. §. 1. &
ibi Bart. ff. de adminiſtrat. tutorum, & per
Angel. in l. quoniam iudices. C. de appella-
tionib. & eſt bonus text. in cap. cum ſuper
Abbatia, de off. deleg. tradunt plene mo-
derni Peruſini in cap. vt debitus. de appell.
in Gloſſ. ſuper verb. ex rationabili cauſa,
Socc. in conſ. 195. in 3. col. verſ. ex quibus,
in 2. p. & vide not. per Iaſon. in auth. ad
hęc C. de iudic.

Ad Capitulum LXXXVIII. eiuſq; Commentarium obſeruatio octuageſima octaua.

1 CONCORDAT cum iure Canoni-
co, & Ciuili, licet parumper diſcre-
pet, vt clarè apparet, ex īfraſcriptis.
2 Vt infra quinquaginta dies proceſſus ap-
pellationū expediatur, in iſta materia plu-
ries allegaui, & ſemper obtinui, & pręſertim
in cauſa grauiſſima cuiuſdam melitenſis de
3 Agio contra Conuentum Carmelitarum
Melitæ, & tentabatur ex aduerſo fuiſſe de-
ſertam inſtantiam appellationis, & obtinui
in M. C. Archiepiſcopali Panormi, & fuit
declarata non deſerta, ex textu pręſentis ca-
pituli pro cuius intelligētia aduerto primo,
4 quòd appellatio in hoc text. ponitur com-
munis à Curijs inferioribus, & à M. R. C.
ſed noto, quòd debet intelligi appellatio al-
terata, cum qualitate grauaminis p eadem
5 acta, reſpectu ipſius Magnæ Regiæ Curiæ,
vt diximus ſupra ex Cumia, & noſtra ad eū
additione, in capitulo 87.
6 Aduerto ſecundo, q hoc ſtatutum con-
cordat cum Regni Conſtitutione appella-
tionum tempora, vt legenti patet, adde qđ
ſi eſt deſerta appellatio victor poteſt adire
iudicem, qui ſententiam tulit, & petere, vt
illam mādetur executioni, ſecundum Ang.
7 in l. ſi cōtra maiores, C. de appell. cum con-
cordantibus, de quibus limita, & nota hoc
8 eſſe verum niſi appellans recuſauerit ipſum
iudicem à quo, vt per Felyn. notabiliter, in
capit. ad hæc, de appellat. & vide repertor.
ſuum in verbo appellatio, & Soccyn. conſ.
126. col. fin. in 1. p. & per Felyn. in C. conſul-
tationibus, de off. deleg. Abb. in cap. ſalu-
briter, de vſuris col. fin. Alex. conſ. 220. lib.
2. & conſil. 27. lib. 4.
9 Aduerto tertio, tria tempora in hac ma-
teria ab iſto iure dari primum videlicet fa-
talium, ſecundum petendi Apoſtolos, ter-
tium appellationem proſequēdi, expedien-
di, vel finem imponendi; ſecundum tempus
receſſit ab aula, quia ſimul, & ſemel petun-
tur, & præſentantur iudici infra quinqua-
ginta dies, tempus proſequendi appellatio-
10 nem eſt anni, ſi adſit obex, eſt biennij, ſi iu-
ſta, & ſi vrgēs eſt cauſa triennij, Cumia hìc
nu. 17. ſed hodie eſt Pragmatica Regni, quę
ſancit duorum annorum tempus proſequē-
di appellationem dari.
11 Quæſtio, an primum tempus fatalium
10. dierum currat à diæ ſententiæ, vel a die
ſcientiæ notificationis ſentētiæ parti victę?
12 Cumia hic num. 33. 25. 26. & 27. tractat, &
fugit, ſed ego maturè reſpondere conabor,
quia punctum eſt vtile, frequens, & neceſſa-
rium, dico ergo, quòd decem dies fatalium
appellandi non currunt, niſi notificata ſen-
tentia, & ſic non a die ſententiæ, ſed a die
notificationis incipiūt currere fatalia, qua-
re ſolet fieri notificatio ſententiæ ad effe-
ctum, vt currant fatalia ſecundum praxim
13 magis turam, & frequentem, curſus enim
fatalium publico fauore fuit introductus,
vt lites abreuiarentur, & ne fierent immor-
tales, Caſtr. l. 2. §. ſed ſi num. 2. de iud. Abb.
in cap. ex ratione de appellat. Caſſan. deciſ.
9. nu. 3. Sfortia latè conſ. 11. nu. 53. & ſeqq.
& nu. 85. & ſeq. & in puncto notificationis,
ſeu intimationis neceſſario faciendæ, non
enim ſufficit ſciētia de iure Regni, quòd de-
14 rogat iuri communi, in hoc mille fere citat
noſter Muta tom. 4. cap. 183. fol. mihi 359.
nu. 5. 6. 7. 8. vſq; ad 12. eum vide, & obſer-
ua, quia omnia bene percurrit. Nota, quòd
15 ſi appellatio eſt deſerta competit reuiſio, eſt
quæ deciſio Conſiſtorij facta pro Barone
Maſſariæ cōtra Andream Iuſtiniano 1604.
& ita iudicaſſe Rot. Roman. ait, Contard.
in l. vnica q. 8. nu. 12. C. de moment. poſſeſſ.
D. Maſtrill. deciſ. 158. p. 2. vbi quæritur, an
deſerta appellatione, ſit denegata reuiſio, &
concluditur, quòd non, vbi plura digna di-
16 cuntur. Aduerte ēt, quòd appellationis de-
ſertio, eſt quædam litis tranſactio, D. Ma-
ſtrill. vbi ſupra nu. 20. ex pluribus, & ſic non
nocet alijs deſcendentibus à primo, qui paſ
ſus eſt in cauſa hermodiciū, & omnem ma-
teriam,

teriam,& fere caſus circa hermodicium,ſeu
deſertionem contingentes, vide per noſtros
ſcribentes hic,quos ego reticeo, ne longior
17 ſim,quòd ſi te pigeat cũcta videre,ne equidem
tædeat noſtrum videre Cumiam p infraſcriptas
queſtiones,caſus,& numeros videlicet
nu.14.15.& ſeq.vbi ait,quòd Ritus
in Curia eccleſiaſtica de neceſſitate ſeruari
nõ debet, quod eſt temere dictum hodie in
18 Regno, cum omnes Curiæ etiam eccleſiaſticæ
Ritui Regio ſubiaceant, & earum ſententiæ
ſunt nullæ,ſi pronunciantur non ſeruata
Ritus forma,hinc eſt,quòd talis ritus,
ſeu conſuetudo valet ex Felyn.in cap.venerabilis
nu.2.de iud. & cap.fin.de cõſuetud.
& ita fuit determinatũ in cauſa latè diſcuſſa
inter Don Hieronymum Romanum,& eccleſiam
Matricem Ciuitatis Randatij, de
19 qua memini, quia de ea fit mentio per Caſtill.
deciſ.11.num.61.& ſeqq. verùm tamen
eſt, quòd cauſæ terminus,ſeu inſtantia
in aliquibus caſibus poteſt abreuiari, & limitari,
idem Caſtill.num.57.& ſeqq. & ſic
corrigo Cumiam, & dico Ritum etiam de
neceſſitate ſeruari debere ĩ Curijs Eccleſiaſticis;
20 Reliquæ vero quæſtiones, puta ſi appellans
non ſoluat integrè iura ſolita ſolui,
an appellatio ſit deſerta? nu.37.& quòd iudex
niſi fuerit ter, vel pluries interpellatus
non poterit accuſari de denegata iuſtitia,
imo ſi adeſt Princeps debet recurri ad Principem,
21 alias inſtantia currit inſeparabiliter,
& talia impedimenta nõ proſunt, Theſaur.
deciſ.10.nu.12.& Oſaſc.deciſ.12.nu.40.&
69. & quod dies quinquaginta currũt a die
interiectæ appellationis nu.42. ex quo aut
60. aut 50. dies ſortitus appellans, & quòd
elapſis 50.diebus,qui ſunt terminus ad aſſignandum
proceſſum parti per Magiſtrum
22 Notarium, debet dari parti appellanti alius
terminus ad præſentandum proceſſum iudici,
& hic terminus eſt arbitrarius nu.46.
& quòd ſecundum loci diſtantiam expeditum
proceſſum infra 50.dies,debet præſentari
parti appellatæ cum termino dierũ 20.
23 vel 12. de præſentando iudici ad quem nu.
46.& quod præſentato pceſſu poſt 50. dies
parte appellata non contradicente, & appellatione
deſerta, ex vi pacti, & conſenſu
partis ſaltem tacito fieri poſſit nu.48.
24 Et quòd pars ſtatim teneatur præſentare
habitum proceſſum iudici ad quem exiſtentem
in loco nu.55. verſ. ſecundo limitatur,
& quod impeditus facto Principis excuſatur
à proſecutione appellationis, nu.61. &
quòd non currit impedito facto aduerſarij
nu.64. & quòd impedimentum debet probari
per aſſertum impeditum,nu.70. & adde
quod debet probari adhibuiſſe omnem
25 diligentiam, ex Seraph. de priuileg. iuram.
priuileg.35.num.7.& ſeqq. vbi dicit, quòd
ei nocet leuiſſima culpa, & Grauett. conſ.
270.nu.3. & text. in l. qui Commeatus vbi
Bart.de re milit. & l.1.C.ne ſacrum baptiſ.
Bald.in l.fin.in fin.C.de adulter. & quãdo
dicatur appellatio deſerta, & ex quibus nu.
86. & quod deſerta appellatione ſi feratur
ſententia ſit nulla num.87.& an deſerta appellatione
ſit deſerta nullitas,& quid ſi nullitas
tentata ſit principaliter, vel incidenter
num.97.
26 Adde tt. impedimenta hac de re practicabilia
enumerata per Io. Franc.del Caſtill.
deciſ.47.a num.2.ad 4. excluſiuè vide eundem
dec.75.vbi ſub prętextu,an appellatio
poſſit interponi a ſentẽtia obſcura,vel a die,
quo fuerit pronunciata clarè, & an ſentẽtia
27 conditionalis noceat,& quãdo incipiat nocère,
& quod ſententia obſcura debet infra
bimeſtre declarari,pro quo citat multa iura
Regni,& doctores noſtrates, quos hic recẽſere
non eſt mei muneris, ne alienis pennis
alas noſtras intexam, quare vide ipſum, &
noſtrum laborem boni cõſulas,vide ad materiam
Capituli huius conſil. 107. & q.25.
Guid. Pap.& Afflict. in conſtit. appellationum,
& in deciſ.79.& Grammat.conſ.165.
an deſerta appellatione? poſſit agi de nullitate?
vide pract. Papienſ. in form.libelli de
appell. in verb. & in quantum ſit aliqua in
principio fol.53.col.3. in fin. vbi loquitur
in terminis iſtius capituli,& Alex.conſ.59.
28 Chriſti Saluatori, col.3. circa finem lib.4.
cum concordantibus per Afflict. in conſtit.
appellationum tempora, vbi latè,not.12.&
vide eum omnino in conſtit.dilationes,col.
4.nu.11.& quia Andr.hic in materia latius
ad quem locum ſe remittit in conſt. vſurariorum
nu.16.Rubr.6.lib.1. & videas notata
per Socc. in conſ.10. col.fin.p.4. & facit
29 ad materiam etiam Alex. in l. in executione.
§. item ff.de verb. obligat. Iaſ. in auth.
qui rẽ C.de ſacroſ.eccl. Tiraquell. col.925.
vide etiam Alex. in terminis cõſ.114.lib.5.

ſic

fic Gloſſ. & doctor. in conſtit. appellationū tempora de appellat. lib. 2. & ita dies appellationis non computantur, quia propoſitio A, diuidit arg. l. ſcire oportet. §. aliud autē, ibi a quadringentis, & ibi Bald. ff. de excuſat. tutorum, & idē ſuper ſtatutis in primis
30 verbis. Adde in materia, quòd ſi vniuerſitas, quæ appellauit à ſententiā diffinitiua, & nō præſentauit proceſſum Iudici ad quē, infra 50. dies ſecundum quod vult conſtitutio Regnī appellationum tempora, & Ritus hic & ſic habetur, ac ſi non eſſet appellatum, vt dicitur expreſsè in d. conſtit. quæritur, modo vtrum dicta vniuerſitas, ſi infra alios 50. dies non petierit reſtitutionem in integr. aduerſus tēpus elapſum infra quod omiſit præſentare proceſſum; & ita eſt læſa
31 poſſit infra quadriēnium petere dictam reſtitutionem in integrum aduerſus dictum tempus decurſum, cōſtito, quòd fuit ex hoc læſa, vel debet pronunciari appellationem eſſe deſertam; & ſententiam tranſactam in
32 rem iudicatā, & quidem deciſio huius dubij dependet ab alia, an ſcilicet vniuerſitas ad petēdum reſtitutionem in integrum aduerſum lapſum temporis prædicti 50. dierum, habeat quadriennium, vel tantùm tēpus, quantum eſt dictum tempus 50. dierū,
33 & quidem magna eſt differentia inter Canoniſtas, & legiſtas ſuper hoc articulo, ſed vide doctores in §. Rurſus inſtitut. de actionib. Gloſſ. & Doctores in cap. 1. de reſtit. in integrum, vide Afflict. in deciſ. 175. in deciſis per hunc Ritum, vide text. in auth. de his, qui ingred. ad appelland. in principio,
34 & Canoniſtæ in cap. 1. perſonas. de appell. & Roman. in rubr. de re iud. in 6. q. & per Corneum conſ. 262. in littera K. & ſeq. in 4. vol. & in conſ. 43. in 3. vol. & Clem. ſi appellationem, de appellat. Guid. Pap. in loco præallegato, adde in verb. text. pro de-
35 ſerta, quis Iudex habet pronunciare appellationem deſertam? vide Paull. de Caſtr. in l. ſi præſes C. quomodo, & quando Iudex, & in l. eos circa finem C. de appellati. & Gloſſ. & an appellatio ſit deſerta nec ne? & quando rationes ſunt adductæ pro, & con-
36 tra, Iudex in dubio debet pronunciare non eſſe deſertam, ita Paul. de Caſtr. l. 1. ff. ſi q. cau. Fely. c. ſignificauerūt, de reſtit. & dato, quòd appellatio eſt deſerta victor pōt adire iudicem, qui tulit ſententiam, & petere, vt mandet illā executioni. Fely. in cap. ex parte el 2. de reſcript. col. 5. cum ſeq. citato appellante. Io. de Anono commentario 75.
37 vbi refert multos, & Bald. conſ. 476. nu. 3. lib. 2. & Gloſſ. in l. eos. C. de appell. vide l. ſi qua. C. eod. tit. Guid. Pap. q. 212. ſed adde vnum magni momenti de iure in hoc puncto, quando quis non fuit proſecutus appellationem, quod videlicet debet adire iudicem à quo, & de facto renunciare appel-
38 lationi, & dicat ſe velle proſequi coram, tūc enim tenebatur eum ad actus vlteriores ci-
39 tare, Abb. in cap. directā de appell. item ſi Iudex detulit appellationi, & de conſenſu partium non poſſet cauſa redire ad eum, vt in cap. cum appellationib. de appellat. in 6. & vide Fely. in c. qualiter, el 1. col. 8. verſ. fallit 4. de accuſat. ad illa verba text. ſi vero fuerit iuſto impedimento impeditus, an tale impedimentum iuramento partis proba-
40 ri poſſit, vide Geminian. in cap. 1. poſt Io. Andr. ibi in nouella de dolo, & contumacia in 6. & Guid. Pap. in q. 64. & 205. & Alex. in conſ. 114. lib. 5. & in verbo textus in quo dicitur (habeatur pro deſerta.) ſcire debet
41 quòd requiritur ſententia, ita denotat verbum illud ſecūdum Mathesilanum not. ſuo 116. verſ. nota, quòd vbi text. vide Fely. in cap. Rodulphus colum. 18. verſ. 18. Habeatur pro priuato de reſcript. cum cōcordantib. ibi per eum. Nota quòd per comparitionem circa concernentia appellationem
42 corā Iudice inferiore; habetur tacita appellationis renunciatio, eſt materia text. ſuper capitul. ſollicitudinem, de appellat. Rubin. in deciſ. 91. vt ſi petat prorogationem, ex Rot. Rom. Verall. 29. p. 1. & deciſ. in vna Lucana caritatiui ſubſidij 27. Aprilis 1551. coram Accorambono. Item ſi cauſa non eſt infra decem dies commiſſa, Verall. dec.
43 31. & 32. p. 1. Item tacite conſentit rei iudicatæ patiendo, vt per illam producantur iura, & dentur articuli. Rot. diuerſor. 39. & 114. par. 1. Mohed. deciſ. 39. vide Caſtill. deciſ. 29. & 34. 63. & 66. Verall. 242. Monterus in deciſ. Aragon. 3. penes quos, multa practicabilia circa præiudicium, & tacitum, conſenſum in ciuilibus caſibus; in puncto
44 quod pro appellatione nō deſerta in dubio iudicandum vide Rot. deciſ. fin. de appell. in nouis Caſſador. eodem tit. deciſ. 4. Creſcent. deciſ. 25. & 65. Pute. deciſ. 389. lib. 2.

Guid.

Guid. Pap. deciſ. 39. Seraphy. in vita Terranicenſ. Molend. 13. Nouẽbris 1592. Achill. de Craſſ. deciſ. 11. eod. tit. additio ad Rot.
45 dec. 7. eod. tit. in nouis, in quibus omnibus multi caſus leguntur circa iſtam materiam; præterea, tamen ſunt nõnullæ limitationes,
46 quas vide in dec. Pedemontan. 12. Mohedan. dec 79. Myſing. cent. 2. obſeruat. 59. & text. in clem, ſi appellationem, vbi Gloſſ. & doctores de appellat. Cappella Tholoſ. dec. 244. de eff. ctibus appellationis deſertæ vide l. 2. C. de temporib. appellat. vide Dom. Maſtrill. deciſ. 166. Balzar. deciſ. 52. Guid. Pap. 436. de Amatis deciſ. 38. Rot. deciſ. 1. eodem tit. & 29. & deciſ. 2. & 472. in antiquis, & 86. Grat. deciſ. 49. & proſecutio appellationis deſertæ non impedit, quin ſententia tranſeat in rem iudicatam; Rot. in deciſ. 25. & 38. in antiq. eod. titul. Biſignet. deciſ. 1. eod. tit. Myſing. deciſ. 2. obſeruat. 49. & 50. Amat. deciſ. 3. Myſing. cent. 3. obſeruat. 22. Guid. Pap. deciſ. 437. Cappell. Tholoſ. decis. 394. Maynard. deciſ. Tholoſ. 411. lib. 2. & eſt doctrina, quę originem traxit a Paul. de Caſtr. in l. 2. ff. ſi quis cautio.

Ad Capitulum LXXXIX. eiuſque Commentarium obſeruatio octuagesima nona.

Ne cauſa Appellationis, & principales conclusa tranſeant in hermodicium.

CONCORDAT cum iure Canonico, & Ciuili ferè in toto, vt conſtat
1 ex infra ponendis clariſſimis iuribus, vtrobique dictantibus. Proponit duo dicta (ambo notabilia, primum, quòd præſentato proceſſu in M. C. cauſæ appellatæ non patiuntur deſertionem.
2 Secundum, pariter principales in ipſa M. C. inchoatæ, ſi infra terminum Ritus concludantur.
3 His ſuppoſitis, Cumia præparat, & inuitat ad menſam; commouens, & non reſoluens, ait enim, præſentem Ritum eſſe ſupra ius commune, ex quo poſt annum hermodiciantur, & ſi cauſa adſit, poſt biennium, & ſi dirigatur via reſtitutionis in integrum, in terminis habilibus, poſt triennium, & q.
4 tempus inſtantiæ prædictæ currit a die interpoſitæ appellationis, niſi aliter conſuetudo dictet, quòd velit incipere a die introductionis proceſſus, reliqua vide penes eũ. Aduerte etiam, quòd hoc eſt priuilegium Magnæ Curiæ tantum, & non alterius Tribunalis, ſed circa dicta, hic per Cumiam cogita.
6 Ego enim ſolum, addo, quòd de iſta concluſione in caſibus pluries dixi, & hoc loco repetere vanum eſt, dico ergo tantum, quòd Cumia hic, ait hunc Ritum eſſe ſupra ius
7 commune, ſed Antonius Lancea, vult eſſe conformem iuri communi, ex l. fin. §. in his, C. de temp. appel. imo vult, idem ſeruari in criminalibus, ſed ſe refert ad auditum, quia ſcilicet ita audiuit in verbo, ita audio, quare
8 gratis loquitur, & gratis etiam refellatur. Dico ego, quòd hoc etiam valet in criminalibus, quia adhuc fideiuſſiones durant, ſtante concluſione, ex alio Cap. Regni 204. Regis Frider. magis enim legaliter loquitur. Cumia in verbo ſupra, nu. 1. imo Io. Aloyſ. Sept. hic, ait, eſſe cõtrarium iuri communi, ita, & Vincentius Percolla, & Petrus Riz-
9 zaris, qui tenent cum ipſo Cumia, quare taceat prędictus de Lancea, quia in hoc eius acumen obtuſum fuit, & verè ſine cuſpide lancea. Aduerte, quòd ſi cauſa eſt cepta in M. C. eaque recedente ante, vel poſt concluſionem, remanent penes Iudices Vrbis Pa-
10 normi, eſt ne deſerta? dic, quòd eſt declarata deſerta die 28. Nouembris xiij. Indict. 1524. & 24. Martij xj. Indict. 1558. pro Federico Crispo cõtra Baronem Prizzi, Ratio
11 eſt quia ceſſat priuilegium M. R. C. & viget priuilegium vrbis, Bald. in l. certum nu. 2. verſ. idem dubitatur C. vnde legitimi Alex. in l. ff. ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſſ. & ſcribentes ibidẽ, licet ſubrogetur loco M. C. tamen
12 attenditur priuilegium vrbis, Ludou. Montalt. ex Paul. de Caſtr. in l. Epiſcopalis, C. de Epiſcop. aud. quãtùm enim ad cauſas principales, hic Ritus eſt, conformis iuri Cano-
13 nico, ex quo cauſa principalis non cadit in hermodicium, ſecundum Gloſſam Accurſianam, in l. Properandum, & Iaſ. Alex. & alios C. de iudic. & Canoniſtæ in cap. venerabilis, eod. tit.
14 Quid ſi cauſa deuoluatur via grauaminis ad S. R. C. Conſiſtorium, & cauſa remaneat declarata grauamine, eſt ne ibi periculum peremptionis inſtantiæ? & Bonjornus hic dicit

dicit, quòd non, in littera B. quare omnes tenent, quòd dictum cap. non habet locum in Conſiſtorio S. R. C. quidquid dicat Petr. de Greg. de iudic. cauſ. feud. q. 47. nu. 2. & 3. contra cum etiam tenet eius nepos appoſtillator, ſecus autem ī iudicibus cauſarum
15 delegatarum, vt bene, ait, incertus autor, hic, qui affert plures deciſiones Regni vide notata, & pulchrè ponendo practicam, vide per Iacobinum in l. in exceptionibus §. 1. ff.
16 de probat. & ꝑ Canoniſtas in cap. ex ratione de appellat. ꝑ doctores in l. 2. §. quid dicimus, ff. ſi quis cau. cum concordantib. de quibus in dictis conſ. & Affl. dec. 79.

Ad Capitulum XC. eiuſque Commentarium obſeruatio nonageſima.

1 CONCORDAT cum multiplici iure Canonico, & Ciuili, vt ex infra legendis apparebit, in paruis e-
2 nim minima ſæpe maxima præſe fuerunt; ecce ergo, quàm bieue caput præſentis inſtituti, ſumma iuris recondit arcana, ait, enim effectum primi decreti durare per annum tantum, & non vltra. Ex
3 quo textu ego noto, & obſeruo, quaſi duplicem negatiuā, nimirum vnam negatiuā in verbo non vltra, & eam reſtrictam ꝑ taxatiuā, tantùm, reliqua vide in Cumia, ſed hìc oīno ponderabis, quòd de iure Regni durat
4 per annum, ſed de iure cōi, aut biennio, aut quadriennio, biennio inquam præſente creditore, & facultatem habente apprehendendi rem ſibi adiudicatā, quadriennio autem
5 abſente creditore, vel facultatē non habēte, durat nimirum ꝑ annum a die trāſmiſſæ cedulæ, non autem a die executionis tantùm, nullo exinde ſubſequēte effectu ex interpoſitione primi decreti, tūc enim reducitur ad
6 ius commune, & durat biennio conditionibus, vt ſupra, dic alias durare triennio e natura omnium ferè cauſarū, quarum inſtātia ꝑ triennium finitur etiā in executiuis; item,
7 ꝙ ſit primum, & ſecundū decretum, & circa hoc hr̄ reprehenſio. Vicumi, qui male reprehendit Bartol. vide hoc loco, nu. 7. ad 8. executiuè apud Cumiā, & a nu. 9. ad ſeqq. ipſe
8 autor definit, primū decretum, & quomodo procedat, vide Cumiā hic nu. 16. & ſeqq. & qn̄ miſſus in poſſeſſione lucretur fructus hic num. 24. & ſeqq. & ibi numerantur effectus primi decreti, qui ſunt valde notādi, & quā poſſeſſionem habeat miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, vide Matthæſilan. not. ſuo 85. Bart. in l. a Diuo Pio. de re iud. & an lucretur fructus Alex. conſ. 141. lib. 5. Aduer-
9 te ēt, quòd quandoque agitur cōtra tertium poſſeſſorē, rem obligatā ſeu hypothecatam tenentem executiuo modo, ēt, quòd non ſit bulla, & hoc eſt, qn̄ poſt interpoſitionē primi decreti, res eſt vendita tertio, quæ loco
10 pignoris ſtabat, & ſubhaſtabatur, cum alijs pluribus notabilibus, hic a nu. 3. & ſeqq. nu. vero 38. quæritur an poſt primum decretum miſſū in poſſeſſionem rei poſſit illā alienare, dic, ꝙ ſic, ſi illa eſt talis, ꝙ ſeruari non poteſt, nec dici retineri, quæ omnia volui tibi præ
11 oculis proponere, ne forte, capitulū hoc putes leue, & inutile cum tamen ſit valde pra-
12 cticabile, & magna vtilitate refectum, quare in hac noſtra obſeruatione tāquam in ſpeculo renideas, quæ dicta ſunt per Cumiam quando enim res Cumiæ ſunt vtiles, & neceſſariæ, & practicabites, quas forte alias nō obſeruares, vel oblitus trāſires, tunc ego ad eas te expergiſci volo, & veluti buccina te
13 excito remittendo ad eius loca, & puncta, at vero, qn̄ (vt ferè ſemper facio) addo, vel ſuppleo, amplio, limito, corrigo, & obſeruo, iura, conſilia, deciſiones, & doctores recentiſſimos adducendo, de quo te expreſsè hic volui certiorem facere ne forte aliquis criticus oblaterādi anſam turpiter capiat, ex noſtro bono animo, & induſtria, multa inſuper in hoc capitulo ex iure particulariter habēt notanda, quæ differo ad ſequentē ob-
14 ſeruationē, cap. 91. cum quo in multis coincidit præſens, hic autē non prætermittā addere, & ſupplere, immò aliquātulū corrigere Cumiā, in nu. 37. circa finem, in illis verbis, limitā tamen hanc communem concluſionē, non procedere, ſi alienatio facta fuerit in
15 antiquiorem creditorem, & paullo infra, in illis alijs verbis, priorem intellige in obligatione, non in concurſu, ſeu præuentione, & in illis alijs verbis, & ſi res reperitur adiudicata per ſm creditorē poſteriorē, qui ſibi rē
16 ꝑ primū, & ſm decretū adiudicauit, & in illis alijs, vnde ſicut ſecundus creditor hēt ius offerendi contra primum creditorem, &c.

ex quibus omnibus per me in puncto.
Aduerte ex nouis deciſionibus, quod quæri
poteſt, primo quando competat hoc ius of-
ferendi, & cõ quem, & quidem ſcias, q ſup-
18 poſito, quod primus creditor ex anterioritа-
te in obligatione, eſt miſſus in poſſeſſionẽ,
& cetera, vt ſupra, quæ quidem anteriotas
poteſt opponi, etiam p tertium inuito prin-
19 cipali, Milaniſ. dec. 1. nu. 174. lib. 2. & in pri
ma inſtãtia, prout ſeruat in M. R. C. & Ca-
ſtill. dec. 51. nu. 4. & 5. & multo magis, in
ſecunda inſtantia, ex cauſa pariter priuile-
giata, Pet. de Greg. ſup Bulle q. 6. verſ. &
ſicut in actione hypothecaria, n. 36. & pari-
ter in actione hypothecaria, ius antiquioris
20 creditoris abſorbet ius hypothecæ credito-
ris poſterioris, vt voluit, Salyc. in l. 1. C. ſi
antiqu. cred. pigno. vendid. Additio ad di-
ctum, de Greg. num. 92. & Anto. Ballus q. 2.
n. 15. & q. 9. ſuper Prag. Reg. Alphonſi. &
ſuppoſita iſta doctrina, quam adductam vo
lo, tantum, & dumtaxat pro priuilegio an-
21 terioritatis, & nõ vltra, dico q competit ius
offerendi; Secundo creditori a die ſcientiæ,
& notitiæ, & competit contra primum cre-
22 ditorem, vel anteriorem, & dico vlterius, q
etiam competit contra tertium licitantem
in puncto, & notabiliter eſt deciſ. Caſtill. 91
per totam, vbi ex pluribus diſputatur ad par
tes, & concluditur ex deciſis pluries in Tri-
bunalibus contra tertium licitantem compe
tere ius offerendi in re adiudicata tertio di-
23 centi, & licitanti, quem omnino vide, non
enim hic adduco p eum dicta, quia prolixa
eſſet obſeruatio præter noſtrum inſtitutum.
24 Aduerte etiam, quòd creditor poſterior
ex cauſa onerosa præfertur anteriori ex cau-
ſa lucratiua, Cuman. in l. priuilegia. ff. de
priuileg. cred. Caprc. deciſ. 78. num. 7. Al-
ciat. in l. pupillus, ff. quæ in fraudem credit.
num. 14. Io. Bapt. Aſin. de execut. §. 7. cap.
47. Gutier. de iuram. confirmat. p. 3. c. 15. n.
19. & ſeq. & ſecundus creditor debet, ſolue-
re primo creditori totum illud, quod ei de-
betur ex cauſa anteriori, ac etiam expenſas,
vt ad ius offerendi admittaẽ, text. in l. 3. de
diſtract. pigno. ubi Glo. in ver. afferti, & tex.
in l. 1. C. ſi antiq. cred. & idem eſt in datione
26 inſolutũ per iudicem factã Vinc. de Frãch.
dec. 52. & Lanar. conſ. 29. n. 9. Milaniſ. dec.
12. n. 120. lib. 2.
27 Aduerte etiam, quòd donatio p dote dẽ
cauſa onerosa ſi facta ſit à donante neceſſa-
rio, ſin autem ab extraneo eſt lucratiua text. i
l. 1. verſ. extraneum C. de rei vxoriæ act. Ca-
nalc. dec. 7. n. 25. lib. 3. Lanar. conſ. 90. n. 3.
qui alios adducit in materia concurrentiæ
28 creditorũ; vide l. maiorẽ, ff. de pactis. Primo
conſideratius, quibus in caſibus competat
iſta cõcurrentia, vide Afflictum in dec. 188
Secundo quomodo, vide de Franch. in dec.
82. Item an creditor hypothecã habens p
29 ſcripturam priuatã, & an teneat ſtare con-
curſui maioris partis creditorum, deciſio eſt
negatiua Flam. Cartar. in deciſ. Rot. Ianuæ
130. Item in materia prælationis creditorũ,
vide in c. qui Priori. de Reg. iur. in 6. vide
Affl. in dec. 188. & Gramm. q. 2. poſt ſuas
deciſiones, Gaſpar. Theſau. dec. 1. Marc. dec.
30 dec. Piſan. 42. Kopin. dec 90. ex tex. in l. Ti-
tius, ff. qui potior in pigno. habeant; Affl.
dec. 187. & Maſtrill. dec. 10. & ita declara-
tur tex. in l. Lucius ff. qui potior. in pig. hab.
Do. de Ponte in dec. 34. & eſt intellectus ad
31 tex. in l. licet, l. qui pot. in pig. hab. Polidor.
Rip. obſeru. 134. Theſau. filius in dec. 74.
Ioſeph Ludo. in dec. Peruſ. 84. & ſic habes
deciſam diſtinctionẽ Bar. in l. interdũ, ff. qui
potior. in pignor. & Gaſpar Theſau. dec. 29.
Suid. dec. 112. & de Franch. deciſ. 51. & Pi-
guer. in dec. 37. ex qua habes deciſum textũ
in l. ſi ventri. §. in bonis ff. de priuil. creditor.
de Ponte in conſ. 56. Mart. deciſ. Piſan. 83.
34 Capp. Thol. dec. 217. Myſing. cent. 3. obſer.
13. Fab. in dec. 16. C. qui potior. in pigno.
Myſing. cent. 1. obſeru. 60. & ſic habes de-
ciſum textũ in l. creditor. ff. ſi cert. pet. Mart.
in d. Rot. Piſa. dec. 16. & 75. Fab. 12. & dec.
13. & 18. C. q pot. in pigno. Fab. 19. eod. &
ſic habes oẽs fere caſus prælationis credito-
35 rum, eiuſq. limitationes, & ſublimitationes,
ampliationes, & ſubampliationes, & p ma-
teria iuris offerẽdi, hẽs tex. in l. 1. C. ſi antiq.
cred. de Franch. in dec. 69. & 224. Afflict. in
dec. 199. de Franch. dec. 531. Magon. dec.
Florent. 51. & de Franch. 37. Capyc. 41. Af-
flict. dec. 259. de Frãch. dec. 427. Mago. dec.
Florent. 39. Franc. Marc. deciſ. 729. p. 2. de
Frãch. dec. 12. & 69. & Theſau. dec. 157. &
Cacher. dec. 115. & Myſing. cent. 1. obſeru.
19. ex quibus habes omnes fere caſus deci-
36 ſos ampliatos, & limitatos, ſeu ſublimita-
tos, reliquos, qui faciles ſunt per te marte
tuo videris.

Ad

Ad Capitulum XCI. eiuſque Commentarium obſeruatio nonageſima prima.

De ſecundo Decreto.

1 CONCORDAT in multis; in paucis vero exorbitat a iure communi, vt apparet in corpore obſeruatio-
2 nis: Statuti præſentis ſeries diuidiẽ in duas
partes, quarũ prima continet, ꝙ ſecundum
decretum infra annũ habet executionem pa
ratã, ſicut ſententia, poſt vero actione in fa-
3 ctum pars ſe dirigat, & dicta pars prima con
cordat cum capitulo p̃cedẽte, in illis verbis,
effectus primi decreti durat per annum, &
non vltra; videlicet in vigore viæ executiuæ,
eo enim elapſo deperditur executiua.
4 Aduerte executionem, quæ debet fieri vir
tute ſecũdi decreti, dẽre fieri in eadem re, ſu-
per qua fuit interpoſitũ ſecundum decretũ,
quia licet primũ decretum poſſit interponi
ſuper omnibus bonis generalib. attamen, ſe-
cundum decretum debet interponi ſuper
certis bonis ſpecialibus.
5 Item obſerua, quòd ſm decretum nõ põt
interponi ſup alijs bonis, q̃ in contentis in
primo, nihilominus ſi fuerit interpoſitũ pri-
mũ decretũ ſup certis bonis non ſufficienti-
bus, poterit ſecundũ decretũ interponi ſup
6 illis, & p reſiduo ſup alijs: hi ſuppoſitis ex
Ritu, & doctoribus noſtratibus, & ſuppoſi-
to ẽt, quomodo debeat fieri executio ſnĩę, &
7 in n. 14. Cumia hic aſſignat cauſas aliquas
nullitatis, & qñ decretũ procedit vigore pa-
cti, illud non vitiaẽ in totum, etiam ſi erit
plus debito; Secundo non p̃cedit nullitas
plus debito in hypothecaria, & in actione,
8 reali, & quomodo procedaẽ vigore ſecundi
decreti agens poſt annũ; vide Cumiã n. 20.
& 21. vbi dr, ꝙ debet fieri nouus p̃ceſſus, &
oblatio libelli, & petitur executio, aut actio-
9 ne in factũ, aut officio; ſed hodie ſolum offi-
cio iudicis, vbi non requiriẽ libellus, neque
p̃ceſſus, quem nos dicimus agi p viam ce-
10 dulæ, quibus oĩbus præſuppoſitis tamquã
validiſſimis fundamentis; Addo ſuppleo,
amplio, & corrigo, & primo dico, ꝙ multa
ſunt capita nullitatis, primum qñ pecunia
non eſt præſens, pro qua fiebat diſtractio p̃-
ſentialiter, & de cõtanti, & non ſatis eſt poſt
11 tempus pecuniam ſolui. tex. in l. a Diuo Pio,
§. ſed ſi emptor. ff. de re iud. vbi Alex. ait, ꝙ
aliter diſtractio habeẽ pro non facta, tũ quia
12 iudex, vel executor non põt vendere habẽdo
fidem de pretio. Vrſill. ad Affl. dec. 388. n. 4.
Surd. conſ. 168. n. 24. lib. 2. Aſin. de execut.
§. 6. c. 27. f. 146. Pract. Pap. in titu. de exec.
ſent. in verſ. p publicum nuntium, num. 6.
Menoch. de arbit. iud. caſu 381. n. 19. & 20.
13 Sed contrarium dicebaẽ, quòd venditio,
& liberatio facta p iudicem non præſente
pecunia non eſt nulla, ita Prouinzalis in ſuo
Conſilio manuſcripto, quòd vulgò circum-
ferẽ verſ. Item licet de neceſſitate, Tepat. de
diſtract. pig. col. 2. verſ. in venditione, quæ
fit ex decreto Iudicis, vbi dicit ſi licitator nõ
habet pretium præ manibus, põt carcerari,
14 & ante non põt recempta vti, & ſic tenet, ꝙ
venditio ſit valida, aliàs licitator non poſſet
cogi pro pretio; Idem tenet Gozad. conſ. 73
n. 17. Iuncto n. 32. verſ. ad ſextum reſpon-
deo, & n. 33. & ita fuit deciſum in M. R. C.
15 & in Cõſiſtorio, p Simone Maurici ꝯ quoſ-
dam de Graffeo, & pro D. Diana Barretti, ꝯ
Batonem Petræ, & in M. C. Criminali, pro
Paulo de Cannizarijs, ſed hoc procedit in
emptore extraneo, non autem in creditore,
16 cui ob defectum emptoris, fit adiudicatio.
Prouinzal. vbi ſupra, & Maluer. in §. ſed ſi
emptor. l. a Diuo Pio, vbi ſup.
17 Secundum Caput nullitatis decreti, qñ
a licitatore fit oblatio pura, ſimplex, & abſo
luta, ſine conditionibus, & clauſulis, & tamẽ
in diſtractione reperiuntur appoſitæ; bona
enim debent diſtrahi, ſicut de eis fuit facta
oblatio, ex eo, quia inter ſubhaſtantem, &
18 offerentem oriẽ actio de vendendo, & emen
do pro pretio oblato, Gl. quam doctores ſe-
quunẽ in l. ſi tempora. C. de fide inſtrumen.
& iure fiſcali lib. 10. & in l. licitatio. ff. de pu-
blic. & vectigalib. Bald. conſil. 393. volum.
4. & conſil. 191. lib. 3. Aſin. de execut. §. 6.
19 capit. primo, & ſic non ſeruata forma obla-
tionis inducitur nullitas. Sed nota, quòd
in diſtractione ſunt deducenda onera rei,
quæ tanto minus valet, quanto magis eſt
grauata oneribus. Abb. in cap. in aliquib.
20 in 2. notab. de decimis, & Rolan. conſil. 40.
num. 17. lib. ſecundo, Oſaſc. deciſ. 24. nu-
mero quinto, Sfort. Odd. conſil. quarto, nu-
mero primo, onus enim eſt pars pretij, &
res onuſta, vilius venditur, l. ſundi partem

ff. de contrahend.empt.& l.ſi ſterilis.§.ſi ti-
bi de act.empt. & in l.ſi venditor. §. quid ſi
21 emptor. in ff.de ſer. export. Idem eſt in ad-
iudicatione, quia factũ Iudicis, eſt factũ par
tis l.ſi ob cauſam. C.de euict.l.1.C.ſi in cau
ſa Iud.pig. Aret. in l.in duobus,§. vbi duo,
22 in fine, de duob. reis, & hos ſequitur Pro-
uinz. vbi ſupra Rebuff. de Præco. & licitat
art.5. Gloſſ. vnica num. 19. ex quibus infe-
to, quòd in iſto caſu in diſtractione immu-
tati pôt oblatio abſque ſcrupulo nullitatis.
23 Tertium caput nullitatis, ſecundum ali-
quos, eſt, ſi decretũ interponatž pro non de-
bito, ſed hoc loco incidit quæſtio, an ex-
penſæ iudiciariæ, quas forte prætendatž non
eſſe debitas, vel ſecundũ quantitatẽ, vel ſe-
cundum qualitatem, faciant plus debito, &
24 inducant nullitatẽ? quæſtio fuit de facto in
cauſa vertente inter Vincentium Platamo-
ne contra D. Ioſeph la Marcheſana, tàm in
M.R.C. quam in Conſiſtorio, & inter alia
capita nullitatis, de qua in eo iudicio ageba-
tur, vnum erat de expenſis factis in iudicio
erogatis in oppoſitionibus præſentatis ad
inſtantiã tertiorum, quę non videbantž ſol-
25 uendę ꝑ debitores, quia in fortioribus qñ
plures litigant, conſortes litis ad expenſas
tenentur iudiciarias pro ratha Afflict. deciſ.
115. Oſaſc. Pedemont.dec.44.nu.1.Grami.
dec. 68. nu.9. Soc. conſ. 107. Vinc.de Frã-
ch. dec. 203. num. 1. Cornaz. dec. 35. nu.
5. Soc. conſ. 242.nu.9.verſ.ſecundum quę-
ſtionem. lib.2. Boer.dec.59.num.8.& 310.
num.4.Caualc.dec.15.n.31.in princ.& Re-
pert. ſuarum dec. in verbo expenſæ.
26 Sed pro reſolutione aduertendum eſt, ꝙ
in expenſis factis contra tertios, qui ſe oppo
ſuerunt aduerſus diſtrationem, dicit Rebuſ.
In d. tit.de Procon.& licitatorib.art. 1.Glo.
2.nu 17.quòd, ſi debitor ante diſtrationem
comparet, ſoluitque debitum, pôt illam im-
pedire non ſolutis expenſis, ſed ſi res fuit ad-
27 iudicata per decretum, tenetž ſoluere expen-
ſas factas contra tertios, & licet expẽſas de-
beant ſoluere litis conſortes pro ratha, atta-
men non ſoluendo, debentž omnes per debi-
torem principalem, ſtante pacto in contra-
ctu appoſito, quòd teneatž ad damna, & in-
tereſſe ꝑ clauſulam cum refectione damno-
rum, intereſſe, & expenſarũ, & ſic ſi non ve-
nirent tamq̃ expenſæ; eſſent tamẽ ſoluendę
28 veluti damna cauſata ipſi creditori ex mora
debitoris, pro quibus adeſt promiſſio in cõ-
tractu, cum pacto de non opponendo. Pe-
dem.dec.129.n.12.Burſat.conſ.106.n.8. &
184.nu.25.Bolognet. conſ.23. Rimin.iun.
conſ.67.num.7.volum.1.& Bero.conſ.193.
num.25.lib.1.
29 Quartũ caput nullitatis eſt, ferè ęmulum
p̃cedenti, vt volunt, qñ ſcilicet, ſit diſtractio
ꝓ expenſis factis, & faciendis, de faciendis
autem cõpetit quindena, & ꝓ eis non eſt pa
ctũ ad diſcurſum, vt cõſiderat Milaniſ. dec.
14. lib. 1. ſed ego magis conſiderãdõ puto,
quia in tali ſumma incerta non vr̃ poſſe fie-
ri diſtractionẽ. Afin.de exec.§.4.nu.22. eſt
30 enim illiquida pro qua non cõpetit executi-
ua via. Bal.conſ.122.lib.3. Anguiſ.conſ.24.
n.51. & in terminis qñ adiudicatio eſt facta,
pro debito, & expenſis, Bertrand. cõſ. 269.
lib.3.quem ſequitž Sfor. Odd.conſ 96. n.12.
31 & ſeruatũ ita fuit in M. R. C.& in Conſiſto-
rio pro D. Laurea, de Opezinghis contra
V.I.D. Bartolomeum Fleres.
32 His tñ non obſtantibus hodie ꝓ expen-
ſis factis, & faciendis pôt interponi ſm de-
cretũ, ex Bart. in l. Fulcinius.§.ſi quas actio-
nes, ff.quib.ex cauſis in poſſeſ.eatur Rebuff.
tom. 1. Conſt. Galliæ de litteris obligator.
art.1.Gl.12.n.6. & de Procon.& licitat.art.
7.Glo.vnica n.26. D.d.c.Alegu.in l. legat.
33 cauſa.de verb.obl.nu.35. non enim pôt dici
ſumma incerta, & illiquida, q̃a expenſæ iu-
diciariæ, ſunt certę, & liquidæ, de iure Pan-
dectarũ, quę ſunt certe, & liquidę, ſeu ex eis
certificari, & liquidari poſſunt, & ſic ceſſat
34 ratio motiui, imò eſt Ritus 112. vbi habetž,
ꝙ debet ſatisfieri creditori de intereſſe, & ex-
penſis iudicialibus, ſi ſint promiſſæ in con-
tractu, qui Ritus (ſacrilegum puto ſi nõ ſer-
uetž, & neſcio quomodo ab eo poſſint euade-
35 re iudicantes, & aduocati, ꝯ ſum forte ſen-
tiẽtes, ſed ego malo dicere ex iure, quàm in-
36 aniter auribus ipſorum adulari, dico præte-
rea, quòd lata interlocutoria reijciantž, dictæ
expenſæ non ſolum ex contractu, ſed ex for-
ma interlocutoriæ debentž, & pro eis fieri po
teſt, ſm decretũ, vt dicit Milaniſ. d.dec.14.
37 n.91.& ſeq.& ex his non obſtat, ꝙ competat
quindena ex Ritu p̃dicto, nõ requiritž quin-
dena, ſed tu cogita penes hoc vltimũ dictũ.
38 Quintum caput nullitatis poſſet pręten-
di ex eo, q̃a fuerit interlocutũ, & exinde fuit
deuentum ad interpoſitionem decreti poſt
lapſum

lapſum trimeſtris temporis, quæ eſt nullitas
apparens, & illodibilis, quæ non poteſt ter-
giuerſari, ſed aduerte, quòd, quando petitur
39 iſta nullitas debet illa expreſsè peti, & expri-
mi, in libello, Rebuff. de litt. oblig. art. 1. glo.
9. nu. 5. Ann. alleg. 22. nu. 2. p. 1. & alleg. 77.
nu. 2. p. 2. plura poſſim adducere capita nul-
litarum; ſed nolo longior eſſe, ſi cupis vbe-
riora videre ex noſtratibus, vide Nicolaum
40 Intrigl. dec. 10. 15. 23. 46. lib. 1. cōſ. Prouin-
zal. de nullitate decreti, & allegationes Bō-
iorni, ex quibus nihil ſumpſi ex dictis ſupra;
ſed eos ſi placet per te videas contra Intrigl.
d. deciſ. 15. nu. 54. & 55. dicam in libro meo
praxis ſiculæ q. 90.

41 Aduerte poſtremo pro iſto capitulo, in
verb. textus, ſicut ſnia, quæ infra annum ha-
bet executionē paratam, ꝙ ſi executio ſniæ
fuerit incepta infra annum, pōt ēt poſt annū
immo infra annos triginta, exequi cap. quę-
renti de off. deleg. l. 2. vbi Bald. Salyc. & alij
C. de except. rei iudicat. l. a Diuo Pio. & l.
42 poſt rem vbi Bar. & alij ff. de re iud. idē Cu-
mia cap. 37. n. 13. elapſo enim anno, & non
executa ſnia pōt pars ex noua cauſa ſe op-
ponere, nec executio fieri pōt nō audita par-
te in eius oppoſitionibus, ſed cepta executio
infra annū ex doctrina, Rebuff. magni Pra-
ctici in tract. de litt. ciuilib. Gloſſ. vlt. nu. 4.
43 & nu. 5. Intrigl. ſing. 50. nu. 12. lib. 2. & hæc
ad cap. 91. exaraſſe ſufficiat, & an poſſit ap-
pellari a ſecundo decreto, vide Bar. in l. ante
ſententiam col. antepen. verſic. 6. quæro ff.
de appellat. recip. Abb. in cap. cum ad ſe-
dem col. penult. de reſtitut. ſpoliat. & Ang.
conſ. 107. 2. colu. & in conſ. 46. qui multos
44 refert, adde in materia decreti, quòd decre-
tum latum ſuper bonis non obligatis, eſt
prorſus, & in toto nullum, licet ſint alia bo-
na obligata, Afflict. deciſ. 218. & Franch. in
deciſ. 86. 147. & Milaniſ. deciſ. 115. lib. 1. &
deciſ. 9. lib. 2. ratio, quia decretum eſt indi-
uiduum. Item de iſta, & de alia nullitate de-
creti poteſt dici vſque ad 35. annos Balb.
45 deciſ. 29. quia tanto tempore præſcribitur
ius prædictum, audi in agendo, ſecus autem
in excipiendo, Afflict. in deciſ. 178. num. 5.
vide alias nullitates, an competant per Affl.
in deciſ. 191. & Caualcan. in deciſ. 3. par. 1.
Dom. Maſtrill. deciſ. 120. de Franch. 603. &
710. plura nolo dicere.

Ad Capitulum LXXXXII. eiuſque Commentarium obſeruatio nonageſima ſecunda.

De Sententijs Conſulum.

1 EST ſingulare ſibi, præſens caput, cu-
ius prima concluſio eſt, quòd a ſnijs
per Conſules Nationum, quarum in
Regno priuilegium eſt, habere conſulem,
non poteſt appellari, & quod Conſulatus
particularibus ſtatutis cauſæ decidantur, ꝙ
2 ſi ex vi ſententiæ appareat iniquitas, etiā per
coniecturas, vt in commento probatur, vel
per acta, vel per teſtes in cauſa actitata, & re-
ceptos nō obſtantibus, quibuſcumque pri-
3 uilegijs de nō appellando, neque ſupplican-
do, datur tamen iſtiaſcriptum remedium.
4 Secunda concluſio, ſolent exinde excel-
lentiſſimi Proreges cōmittere cauſam mer-
catoribus, non ſuſpectis facta, & porrecta
ſupplicatione in cauſis fiſcalibus, vel ſoli
Principi, vel in conſilio de euidenti iniqui-
tate, non obſtantibus priuilegijs in contra-
rium dictis nationibus conceſſis, Ratio eſt,
5 quia abutentes priuilegio, non debent gau-
dere priuilegio, ex quo obſeruat hoc ſtatutū
nō habere locum in abuſu, & nō aliter, & ꝙ
denegata appellatione, datur aliud reme-
dium, quod legaliſſimum eſt, videlicet ſup-
plicationis.
6 Aduerte, quòd in Regno ſunt cōſules na-
tionum, qui ſecundum eorum conſuetudi-
nes cauſas talis, vel talis nationis decidunt,
& hi conſules eliguntur a Collegio merca-
torum, & habent ordinariam, inter eos iu-
riſdictionē, ſi ex permiſſu Principis permit-
7 tatur eligi, ſed ita quidem ordinaria eſt eo-
rum iuriſdictio, quòd per eam nō eſt adem-
pta iuriſdictio Iudicis ordinarij litterati ip-
ſius loci, ſed electio eſt actori, ſicuti etiam de
iure cōmuni eſt, ꝙ potens habere duos Iudi-
ces in cauſa, facultas eligendi eſt actori co-
8 ram quo conuenire poſſit, ſed de hoc dicto
Cumiæ, hìc nu. 6. dubito, quia actor ſequi-
tur forum rei, & Iudices conſulares ſubiecti
ſunt ordinarijs locorum Cumia ad hoc co-
natur reſpondere num. 7. & 8. ꝙ hoc priuile-
gium non eſt conceſſum dictis nationibus,
quaſi velit dicere Cumia, licet ſe non expli-
cet, quòd ſit locus, & caſus præuentioni.

9 Sunt etiam cõſules artium electi de Col-
legio Magiſtrorum in arte, ſed an quis poſſit
eſſe de diuerſis artium Collegijs? Reſpon-
det Cumia, quod ſic, dummodo ſit matri-
culatus in qualibet, & hoc tangit, num. 9.

10 Dicti cõſules poſſunt ferre ſentẽtias, tam
in voce, quam in ſcriptis ſecundum quòd
proceditur a principio nu. 10.

Reliqua verò, ſi quæ forte in huius rei ar-
11 gumenro contigerint vide Cumiam hic, ſed
ad obſeruata per nos non pigeat recurrere,
quaſi ad omnia ſupradicta, applicata, quare
12 aduerte primo, quòd Mercatores ſunt valdę
neceſſarij in republica, & ideo multis fauo-
ribus, & priuilegijs ſolent à principibus cu-
mulari, conceditur poſſe ab eis fieri quędam
ſtatuta, ſecundum quæ procedant, ex ſtylo
13 & conſuetudine proprijs, & approbantur à
præſente ſtatuto Ritus noſtri.

14 Nota primo, quòd Mercatoribus priuile-
gia conceduntur propter pericula. Rebuff.
in tit. de Mercatorib. minut. vendent. nu. 9.
fol. mihi 497. in ſuis comm. tom. 2. Gloſſ. 1.
& quòd poſſint facere ſtatuta, quæ tantum
15 reſpiciunt actus eorum, Caballus milleloq.
792. Marant. in Specul. p. 4. diſtinct. 9. iud.
num. 71. Rebuff. in ſuis comment. ſuper re-
gula Conſtitut. tract. de mercat. art. 2. Glo.
1. tom. 2. & Mercatores publici de iure com-
muni permiſſi ſunt, & poſſunt ſine Principis
permiſſu fieri, Franc. Marc. q. 268. & in foro
16 eorum attenditur æquitas, & bona fides,
ideo in cauſis eorum non habet locum be-
beneficium excuſſionis. Cappell. Tholoſ. q.
197. & Boer. deciſ. 221. & in negotijs eorum
pariter eſt attendenda veritas, reiecta omni
ſubtilitate, & ſolemnitate iuris, Rot. Gen.
deciſ. 3. num. 23. & deciſ. 31. & 96. & deciſ.
195. num. 12. & inter eos eſt procedendum
ex æquo, & bono Rot. Gen. deciſ. 23. nu. 15.
17 & Gaſpar. Caball. milleloq. 792. & ſtylus,
& obſeruantia mercatorum eſt obſeruanda,
d. Rot. Gen. deciſ. 6. & in cauſis ipſorum at-
tenditur mos, & conſuetudo illorum deciſ.
7. num. 11.

18 Nota ſecundo, quòd cauſæ mercatorum
ſummariè tractari debent, Rebuff. art. vlt.
Gloſſ. 1. tom. 2. ſuorum comment. tract. de
Mercat. fol. mihi 448.

19 Nota tertio quod mercatores nõ poſſunt
expelli, niſi ex delicto propter quòd poſſint
banniri Petr. de Gerard. ſing. 59.

Nota, quarto, quòd ſi mercatores occul-
tant merces nõ gaudent immunitate, & re-
putantur pro latronibus, relati vbi ſupra,
num. 8. & quomodo puniantur nu. 11.

20 Nota, quòd mercator poteſt cõueniri ex
qualibet promiſſione Marãt. vbi ſupra diſt.
9. num. 139.

21 Nota 5. quòd Mercator non dicitur ex
vno actu, & conſequenter dico ego, quòd
non gaudet mercantili priuilegio Bartol. de
legat. 1. l. 63.

22 Nota 6. quod quinque requiſita debent
concurrere in mercatore, vt ſit verus merca-
tor, Caſſan. in Conſuet. Burg. tit. de droicts
Rubr. 4. §. 1. Gloſſ. 11. num. 2.

23 Nota 7. quòd prohibentur mercari cle-
rici, milites, & nobiles, Rebuff. vbi ſupra.

24 Nota 8. quòd prohibiti exercere per ſe,
poſſunt per alium, idem Rebuff. ibidem art.
1. Gloſſ. 15.

25 Nota 9. quòd mercator ex facto iuuenis
obligatur, ſed vide quis ſit Iuuenis Merca-
toris, Rot. Gen. deciſ. 121. nu. 4. reliqua cir-
26 ca hoc reticeo, ſed ex Regnicolis, vide Intri-
gliol. deciſ. 50. num. 20. lib. 1. & Antonium
de Ballis lib. 5. ſuper Pragm. Caroli Imper.
§. 12. 2. tom. fol. 227. & ipſe Ballus fol. mi-
hi 331, nu. 2. & 6. Milanſ. deciſ. 16. num. 43.
lib. 1. & vltimo, quòd mercator ratione con-
tractuum negotiationis mercium, efficitur
de iuriſdictione illius loci, in quo contrahit
etiam ſi nullum habeat domicilium, Bald.
in l. etiam C. de execut. rei iud. & ita deci-
ſum fuiſſe refert Claperius in tract. mercat.
quæſt. 5. caſu 35. & Caſtill. deciſ. 55. nu. 7.
lib. primo.

Ad Capitulum XCIII. eiuſque Commentarium obſeruatio nonageſima tertia.

De Reuiſione Sententiarum.

1 CONCORDAT, & huc facit l. 1. §.
his cunabulis ff. de offic. Præfect.
Præt. & in l. 1. C. de ſent. pręf. pręt.

2 Prima concluſio, reuiſio, & ſupplicatio
nõ impedit, nec ſuſpendit executionem ſen-
tentiæ, ſecus autem appellatio, quæ deuol-
uit, & ſuſpendit fallit tamen in executiuis,
Ad Capitulum C V. eiuſque Commentarium obſeruatio centeſima quinta.

1 CONCORDAT cum iure communi, de quo Cumia, cõcluſio quando cõtingit, prædium vendi, quòd
ſit intermedium duobus, ſed plus vni; quã
alteri adhæreat, & domini dictorum prædiorum pro maiori, vel minori medium
prædium tangentium, pariter veniant, & ſimili iure prothomiſeos intendant conten-
2 dere; præferatur is, qui domum habet pro
maiori parte tangentem, Ratio, quia qui
pro maiore parte prædij continguitatẽ habet, alteri præfertur habenti minorem.
3 Aduerte hic Cumiã duo notare primò,
& ſecundo, ſed interea tertium eſt videre,
de quibus omnibus nos partim ſupra, partim infra dicemus, vide Afflict. in conſtit.
ſãcimus. in §. item, de ipſo. de iure prothomiſeos Petr. Anchar. conſ. 370. cum ſeqq.
& Tiraquell. in tit. 1. §. 11. Gloſſ. 6. nu. 17.

Ad Capitulum CVI. eiuſque Commentarium obſeruatio centeſima ſexta.

1 CONCORDAT in multis, & in multis diſcrepat a iure communi, vt legenti patet, concluſio potioribus, & propinquioribus tacentibus eis breui dilatione ad retrahendum data, iudicis arbitrio ſtatuenda, eiſque non curantibus poterit minus propinquus admitti in iure Prothomiſeos, ſicut in hęreditate cõtingit.
2 Concluſio ſecunda, ſi plures vicini habent ius retractus ex eis vicinior præfertur, & ad huc, eo tacente, minorem contiguitatem habens ante ire debet in hoc iure prothomiſeos.
3 Tertia concluſio ad effectum, vt petens à recuperatione rei iure retractus ſibi competentis tempore excludatur duo requiruntur, primum eſt, vt ſciat tale ius ſibi competere, & quod ei ad hoc detur terminus ad arbitrium iudicis, ſicut in adeunda hæreditate in quã hæres ſcire debet eum, cui ſuccedit eſſe mortuum, & hæreditatem exinde eſſe ſibi deferendam.

4 Quarta concluſio Cumia hic ponit os in
cœlum, & dum compilantes Ritum coarguit, quòd non bene compararunt dilationem hæreditatis cum iure congruũ, quia nimirum hęreditas defertur gradatim, primo
5 propinquioribus, ſecundo vero his deficientibus, remotioribus, & primo ynis, deinde alijs præſcribi dicitur, contra vero in
iure prothomiſeos currit omnibus, hic nu.
6 4. dũ enim Cumia reprehendit compilantes Ritum, reprehendit etiam autorem ipſius Ritus Alphõſum Regem, quòd temerarium eſt; Ritus enim fuit compoſitum p
Abbatem Panormitanum, qui fuit lumen
canonũ, & Trinacriæ Decus, Regi Alphonſo cariſſimus.
7 Quæritur in præſenti, infra, quòd tẽpus
competit hoc ius prothomiſeos ait Cumia
hic nu. 8. quòd Ritus nõ aperit hoc, & ideo
remanet in diſpoſitione iuris cõmunis, adde q̃a eſt caſus omiſſus, & adducit Cumia
conſtitutionem ſancimus, quæ conſtitutio
nõ eſt de iure communi; ſed de iure Regni,
vtriuſque Siciliæ, vt paſſit declarat Afflict.
in principio cõſtitutionum: ex cuius diſpoſitione habetur, quòd tempus 30. dierum a
denunciata vẽditione habẽti ius retractus,
& hoc ſi præſens; ſi vero abſens ſit, datur
quadrimeſtre tempus, cum eius requiſitis,
8 ſcilicet contractus veri perfecti, & notificati, & ſic tranſit ipſe Cumia, & æquiuocat in
iure communi, citat enim d. n. 8. l. commodiſſime ff. de liber. & poſt. vbi dicitur, quòd
caſus nõ expreſſus, ſeu omiſſus p ſtatutum
remanet in diſpoſitione iuris communis,
qua propter ego, hæc in iure prothomiſeos
obſeruo ex latioribus voluminibus iuris
communis, & doctoribus; ſed vide pro tẽpore retractus, quãdo incipiat currere proximioribus, maximè, quando venditor ad
9 huc poſſidebat, cum conſtituerat ſe poſſidere nomine emptoris; Boerium deciſ. 112. &
hoc tempus retractus non currit pendente
appellatione; Boerio 140. Papo. lib. 11. nu.
7. atreſt. 22. & quando retrahens eſt infra
10 certum tempus agnatis conceſſum, habet
locum etiam ſi per mille manus res tranſierit, Boer. deciſ. 182. nu. 52. & in ſtatuto materiæ retractus, non currit pręſcriptio agnatis triginta annorum, niſi a die ſcientiæ, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Luc. 52. quia tale tempus eſt vtile, Caſſan. in conſuet. Burg. tit.

dcs retract. §. 5. Gloſſ. 1. nu. 4. Roland. cõſ. 81. vol. 1. Iaff. Lanfranc. Balb. deciſ. 193. Caual. deciſ. 59. de contract. p. 2. Myſing. obſeruat. 34. cent. 2. quando vero retrahens audiatur poſt annum, vide Pap. lib. 11. tit.
11 7. arreſt. 24. & 28. ſed quod non audiatur ſcribit Hyppol. ſing. 64. & Roland. Aualſ. d. conſ. a 1. vbi ſupra ſcias tamen, quòd annus datus ad retrahendum, incipit currere a tempore adeptæ poſſeſſionis, & obtentæ inueſtituræ. Papo. areſto. 12. vbi ſupra, & quando conceditur retractus poſt certum
12 tempus a die cõfecti inſtrumenti alienationis idem cenſetur ſtatutum tempus, cum adhibitis teſtibus, ſine inſtrumento fit alienatio; Menoch. de arbitr. libr. 2. centur. 1. caſ. 63.
13 Et hęc pręmiſſa de iure communi corroborantur per infraſcripta, quia celebrato contractu venditionis, currit annus, etiam nulla facta denunciatione, nec aliter ſcientia requiritur, ſed hæc procedunt, quando vẽditio fuit abſolutè facta, & non ſub conditione, quia tunc non curreret, niſi purificata conditione, Io: Aloyſ. hic in cap. 202. ex multis.
14 Bona quæſtio in iſta materia tractatur a Cumia hic, quinam ſcilicet è poſſint admitti ad hoc ius? Reſpõdetur quòd parentes, conſanguinei, coniuncti, vicini, & eorum gradus a num. 17. ad num. 23. incluſiue, & num. 25. & 26.
15 Sed an hoc ius poſſit cedi, vide eundem, ſed aduerte, quia rem confundit cum incipiat quærere a nu. 24. & tamen perſequentes num. 25. & 26. alia inuoluit, & inde ſub quinto quæſito num. 27. & 28. & 29. determinat, hæc obſerua, quia valent pro ordi-
16 nato ſtudio Cumiæ, vltima quæſtio, an comparens pro iure retrahẽdi ſibi rem, præferatur eiuſdem rei venditori te emere vo-
17 lenti; iſta quæſtio ſub alijs terminis proponitur à Cumia, ſed nos ſub his, qui propoſiti ſunt, de ea diſputamus in noſtra praxi ſicula, quæſtione ſeu quæſitó 329. num. 46. colum. 3. in verbo celebris quæſtio, ſed pro
18 modo, vide Albericum par. 1. ſtatut. q. 87. & Ioan. Aloyſ. hic tangit Cumia noſter, num. finali.

Ad Capitulum CVII. eiuſque Commentarium obſeruatio centeſima ſeptima.

1 CONCORDAT cum iure cõmuni in cap. admonere 33. quæſt. 2. 21. Quintus ff. de donat. inter virum, & vxorem, & Conſuetudine Panormitana,
2 concluſio textus generalis eſt, quòd omnia prædicta per totum Regnum ſeruãda ſunt.
3 Concluſio limitatiua; fallit in terris, locisque illis, qui particularibus conſuetudinibus ius retractus ſeruarent.
4 Concluſio ſpecialis laudabilis conſuetudinis eſt, quòd ad euitandas fraudes, eſt obſeruanda Cõſuetudo Panormitana; de qua doctiſſimus Marius Muta ornamentum vrbis, & conciuis noſter laudatiſſimus.
5 Aduerte ex Cumia hic, quòd retrahentes debent eſſe Regnicolæ, & non exteri nu. 1. & ſeqq. Sed his habitis ex textu, & commentario Ritus deueniendum eſt ad obſeruationes promiſſas p me, ſupra, & quidem
6 pro ampliore, & validiore iuris prothomiſeos confirmatione dico primo, quòd ius prothomiſeos an competat in emphyteuſi, & an conſentiens alienationi excludatur a iure retractus?
7 In Vrbe noſtra patria Panormi, eſt quędam declaratio, ſeu potius conſuetudo, in qua diſponitur, quòd factus prius contractus emphyteuticus, ſi poſtea is, qui ad emphyteuſim dedit, vendat emphyteutæ, ius ſuum tunc, non obſtante illa alienatione, iuris facultatem habet ad ſe retrahendi, de
8 qua Muta ad dictas Cõſuetudines fol. mihi 237. & ex ea datur fallentia, ſeu limitatio ad textum alterius Conſuetudinis XXVI.
9 vbi vicinus admittitur pręter quam in contractu emphiteutico. & dixit Tiraquell. de retract. lignag. §. 23. Gloſſ. vnica num. 1. & 2. Bertrand. conſ. 7. lib. 1. Mar. Mut. in d. declarat. num. 27. Vinc. de Franch. deciſ. 392. nu. 9. Ratio vrgentiſſima eſt, quia tunc contrahentes potius voluerunt vendere, quam
10 emphyteuticare, & hoc fiebat ad excludendum vicinum a retractu, qui ideo excluditur in dicto contractu emphyteutico, quia
11 directum dominium, remanet penes cõcedentem, vt dixit Franch. nu. 4. ibidem.
12 Ampliatur etiam id, locum habere, ſi vẽ-

ditio

ditio fiat vxori emphyteutæ, cap. ad monete 33. quæſt. 22. & Roland. conſ. 1. nu. 107. & num. 108. lib. 1. quia eſt vna perſona cum viro, & pars corporis viri, & cenſetur in du-
13 bio emiſſe de bonis viri, iuxta terminos l. Quintus. ff. de donat. inter virum, & vxorem Gloſſ. Bart. & doctores in l. cum oportet. C. de bonis, quæ liberis, Neuizz. in ſilua nupt. lib. 4. num. 20. & ità fuit deciſum in Mag. Reg. Cur. die 11. Martij 1603. & penitus per alia Tribunalia cõfirmata in cauſa Dominici de Cateni cõtra Auguſtinum Venturici.

14 Probatur ſimulatio prædicta contractus facti ad excluſionem Vicini, p coniecturas, quę ſatis ſunt in hoc caſu. Tiraquell. vbi ſupra Gloſſ. 14. nu. 55. & 56. §. 1. Muta etiam vbi ſupra cap. 28. nu. 22. & procedit etiam ſi ſint leues coniecturæ, Paull. de Caſtr. cõſ. 109. num. 1. lib. 2. immo vna tantum coniectura ſufficit, in hoc caſu. Maſcard. cõcluſ. 438. num. 11. 12. 17. & 18.

15 Alia quæſtio, an ius Prothomiſeos competat in feudalibus? Reſpondetur ex vna parte, quòd de iure communi feudorum ſi quis ex agnatis feudum alienare voluerit, præfertur agnatus, oblato pretio text. in cap. 1. §. ſed, & res, per quos fiat, inueſtitura Bald. in tract. de iure Prothomiſeos. nu. 12.
16 in fine, & Afflic. in ſuo tract. de iure Proth. in nu. 7. verſ. Item quæro, an iſtud ius Prothomiſeos habeat locum in feudis? in fin. & nu. 31. Iaſ. conſ. 224. lib. 2. Pariſ. de Put. in tract. de reintegrat. feud. cap. 241. in fine
17 Sonsbec. de feud. p. 13. num. 120. & Schraderus paſſim.

Item ius Prothomiſeos competere videtur in feudis ex iure Regni ex conſtitut. Friderici Sancimus, quæ permittit retractum in qualibet alienatione, & ſtante eius generalitate ad feuda extendunt Bald. & Afflict. vbi ſupra, & Tiraquell. d. §. 1. Gloſſ. 3. nu. 11. qui loquitur in ſtatuto.

18 Contrarium tenuerunt And. in §. Titius ſi de feud. defunct. controu. ſit inter dom. & Agn. & in cap. 1. §. Hoc quoque. de ſucceſſ. feud. Pinell. in repet. l. 1. par. 3. num. 74. C. de bon. mater. Aluarott. Propoſ. & Afflict. in dictis §§. Titio, & hoc quoque. Pern.
19 conſ. 10. col. 3. & Brun. conſ. 80. Roland. conſ. 57. num. 17. vol. 3. Tiraquell. in repet. l. ſi vmquam num. 454. de reuoca. donat. Cumia noſter in Capit. ſi aliquem, in verb. antiquis nu. 358. eſſe communem opinio-
20 nem refert, & ſequitur Regens Camillus de Curt. 2. par. feud. cap. 4. num. 40. fol. mihi 179. qui dicit ſaluum remanere feudum agnatis poſt mortem alienantis, iure proprio nullo reſtituto pretio, & reſpondet
21 omnibus contrarijs; tanto magis, quia diſpoſitio §. Titius in Regno non fuit vſu recepta Ioann. Aloyſ. de Septimo in cauſa Pettinei. Pern. conſil. 6. col. 8. Bongior. in cauſſa verbum Cauli, & in Regno eſt cap.
22 volentes; ex quo ſublata eſt agnatis omnis ſpes recuperandi feudum, quãdo licitè alienatur, nam ſolus Rex ĩ alienationibus feudorum habet ius p̄lationis ſecundũ Cannetium in verſ. Proſpexerit etiam Rex, nu. 9. & 10. fol. mihi 198. Bongiorn. in repetit. dicti capituli volẽtes, & Veſpaſianus Spuc-
23 ches in cauſa D. Angelæ Fardella, & Guilielmi Boſco.

Quæſtio ad punctualia notata per Cumiam, & ex text. in cap. 100. & 104. & alijs ex ſupradictis, in iſta materia retrahendi; eſt, ſed ſupponatur in primis, quòd vicinus admittitur ad retractum ex dicta conſtitut. ſancimus, vbi latè Afflict. §. 7. & 8. item ex forma Ritus prædicti cap. 195. & alijs, & ex
24 Conſuetudine Panorm. 26. ex qua hoc ius durat per annum, menſem, hedomadam, & diem, & hoc tempus nõ currit, niſi ſint elapſi anni 40. ex vera ſententia Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloſſ. 10. nu. 15. & ſeqq. Caualc. deciſ. 12. & deciſ. 19. par. 1. & deciſ. 20. par. 2. Deci. conſ. 88. Bongior. ſuper d. Conſuetud. Panorm. 26. & alleg. 37. tribus iuribus lib. 3. allodial. Anton. Xibecca in d. Conſuetud. 26. & Muta nu. 1. & 167.
25 & Afflict. vbi ſupra §. 2. nu. 5. & ſeqq. vbi requiritur vera ſcientia, & non præſumpta & ibi latè ad materiam; attamen ſi prædictis concurrentibus aliquando poteſt oppugnari actor, ſi venditio facta fuerit de duobus fundis inter quos aderat via publica, & cum altero ex prædictis fundis non
26 aderat antiquitas, & quidem reſolutio prædictorum pendet ab illa quæſtione an venditis pluribus rebus, ſeu fundis vnico pretio, ſi res illæ ſint inter ſe ſeparatæ, & diſtinctæ, an vicinus, vel conſanguineus poſſit retrahere tantum rem contiguam, vel teneatur accipere omnia vendita? & ſi is, qui emit,

emit, velit reſtituere omnia vendita retra-
here volenti, an poſſit hoc recuſare, ſuper
quo Affl.ct. in dict. Conſtit. ſancimus. §. 6.
num. 5. & 6. dicit, quòd quemadmodum
ego vendidi tibi domum exiſtentem Nea-
27 poli, & terram exiſtentem Anuerſæ pro cer-
to pretio, puta pro vncijs centum, vicinus
domum vult emere iure congrui tantùm
domum, venditor dicit, aut totum emas,
ideſt domum, & terram, aut nihil arguit
28 prima facie cum Baldo ibidem, quòd non
ſit audiendus vicinus, ſi velit retrahere do-
mum ſolam, & hoc ex triplici capite pri-
mo, ex illo vulgato dicto in iſta materia,
quòd aut totum admittendum, aut totum
repudiandum, ex l. quidam eulogio C. de
iure deliber. & l. cum quæritur, in fine, ff.
Ad municip. ſecundo, quia domus, & ter-
29 ra vnico pretio fuerunt vendita, & ſi eſt vna
venditio, merito non debet dari particu-
lari ſolutione, quia particularis ſolutio eſt
damnoſa emptori; Tertio, quia dicit ven-
ditor, quòd ſua intereſt, ſimul vendere do-
mum, & terram vnica venditione, quia
aliàs non reperit emptorem Terræ, argu-
mento legis 2. ff. famil. erciſc. & l. nemo. §.
in fundo, eod. titul. nec ille emptor, vult
30 emere domum ſine terra, arg. l. quod ſi vno
pretio. ff. de in diem adiect. cum alijs, ibi-
dem per eum allegatis; ſed tamen ipſe con-
trarium determinat ea ratione, quia, quot
ſunt res, tot ſunt venditiones l. ſcire debe-
mus. ff. de verb. ſignificat.

31 Tanto validius, quia aliàs eſſet in pote-
ſtate venditorum facere præiudicium vici-
nis, qui non poſſent retrahere rem contri-
guam, quando venderetur res cum alijs,
& reſpondendo contrarijs, ait, non obſtare
quia procedunt quando venditur vna res,
vel vnum corpus cum pluribus acceſſorijs,
tunc enim non licet emere neceſſaria ſine
principali, & econuerſo facit deciſ. Florent.
32 29. num. 2. Magon. Becc. conſ. 106. in fine.
Tiraquell. de retract. §. 23. Gloſſ. 1. nu. 20.
& ſequen. Surd. conſil. 441. num. 36. lib. 3.
Ioan. Baptiſt. a Coſta de port. rat. quæſt.
100. num. 8. & Barz. deciſio. 62. num. 70.
& ſeqq.

33 Aduerte hic, quòd prohibitio non intel-
ligitur de riuo priuato, quo caſu non eſt de-
negandus retractus Ioan. de Amic. conſi. 1.
maximè num. 17. & ſeqq. Boer. deciſ. 332.
Benedict. de iur. Prothom. in Rubr. num.
48. Afflict. in dict. conſtitut. Sancimus, §.
9. num. 12. vbi ait, quòd via vicinalis non
34 tollit vicino ius congrui, quia text. loqui-
tur de via publica, ſicut etiam riuus, quia
vicinalis eſt priuatarum perſonarum; vt
etiam determinat Afflict. deciſio. 62. l. 3. ff.
35 de interdict. ſed Aduerte, quòd ſi dictum
flumen eſſet deſiccatum, tunc haberet lo-
cum, ius congrui, allegat. textum in cap.
1. §. ſi quis de manſo de cōtrouerſ. inueſtit.
Cumia noſter dicto Capitul. 104. num. 2.
36 in fine, & ita fuit deciſum in cauſa verten-
te inter Siluiam, Vincentium, & Hierony-
mum Geremia cum Monaſterio Sanctiſſi-
mi Saluatoris huius vrbis, in Conſiſtorio
Sac. Reg. Conſc. & ratio concomitans fuit,
quia quando ex parte aduerſa prætendeba-
tur hoc ius prothomiſeos ſimulatis actibus
37 vſa fuit, & ſimulatio, iſta ſtabilitur vna
etiam coniectura, quæ ſatis eſt in hoc caſu
retractus, vt conſtat ex notatis, in capitu-
lis ſuperioribus; & etiam conſtat, nota
etiam quòd dictum ius oportet, quòd in
vſum proprium petat, & non pro alio, non
38 obſtante quacumque ſimulatione in frau-
dem emptoris; Afflict. dict. Conſtitut. San-
cimus. §. 4. 1. & 2. notab. Tiraquell. de
retract. conuent. Gloſſ. 1. Ioann. Baptiſta
à Coſta vbi ſupra, & ex capitul. 2. de renun-
ciat. in 6. l. aut facta. §. Perſona. ff. de pœn.
Caſſane. in Conſuetudin. Burgund. de re-
39 tract. §. 9. in verb. ſe le fraude Tiraquell.
vbi ſupra. 1. Gloſſ. 7. num. 75. cum ſeqq.
Menoch. de præſumpt. 122. lib. 3. Bonellus
de iure Prothom. §. Ideoque illi. num. 6. &
Becc. in vulg. conſil. 50. & 52. & ſubdit,
quia remittuntur arbitrio iudicis, Fabius
de Ann. conſil. 104. Grauert. conſ. 997. nu.
17. lib. 6. & Maſcard. concluſ. 447. num. 3.
& 4. lib. 1.

40 Vltima quæſtio, in iſta materia eſt fre-
quens neceſſaria, & ſubtilis, an videlicet
conſanguineus, qui rem emit ab alio con-
ſanguineo venditore, ſi veniat alius con-
ſanguineus poſſit retrahere contra empto-
rem pariter conſanguineum, etiam ſimilem
ponit Dom. Maſtrillus par. 1. deciſio. 102.
licet per alios terminos ampliet, & determi-
41 net, qui equidem, vt ingenuè fatear magni
nominis doctor eſt, & ſplendor decuſque
vrbis noſtræ, quare cum videas, & notes
ſigil-

ſigillatim, & hæc pro iure Prothomiſeos dixiſſe ſatis iudicio, nè in longiorem ſer-
42 monem diffundar, & tractatum de iure retractus facere in his obſeruationibus videar, Adde Alberic. de Rolat. in par. 1. ſtat. quæſt.90. & Paull. de Caſtro poſt Cyn. in l. final.§.1. colum.2. verſic.& inducuntur, & capitul. 204. eiuſdem Regis Alphonſi; Adde, quòd, quando venduntur res diſtinctæ pro executione vltimæ voluntatis alicuius defuncti, vel carcerati pro eius liberatione, quòd banniantur per três dies ante venditionem, cum adiectione dierum quindecim vltimo emptori, & plus offerenti, quòd ceſſat ius prothomiſeos, per ſtatutum C. Randacius ſub Rubric. di la vendizione delli beni delli morti,&c.

Ad Capitulum CVIII. eiuſque Commentarium obſeruatio centeſima octaua.

De Notarijs Examinandis.

1 CONCORDAT cum iure communi, vt in corpore huius obſeruationis, Aduertendum tantam
2 fuiſſe, & eſſe Notariorum, & Procuratorum ſympathiam, & ſimilitudinem, pura, in factorum ſerie negotiantium Ciuium,& exterorum, vt præſens Capitulum arguit, cum vocet Notarios patrocinantes, ſed qui hodie patrocinia exercêt Procuratores appellantur, & iſta fundata ratione dicit tex-
3 tus, quòd dicti Notarij non poſſunt patrocinari. Adde hodie quòd illi non poſſunt actitare in quinque Regni Ciuitatibus, nimirum Panormi, Meſſanæ, Cathinæ, Syracuſis, & Drepani, niſi fuerint approbati per Prothonotarium, vel eo abſente per loci ordinarium, ſecus agentes, & actitantes anno priuantur officio, adde, quòd dicit
4 Boniornus hic fol. mihi 102. qui ſolus inter decem, & octo ſcribentes ſuper Ritu in hoc capitulo aliquid dicit; ac etiam pauca noſter Cumia; ſed lector amicè mecum
5 paullulum ſpatiari digneris,& dico primo, quòd Notarius ſicuti magnum eſt reipublicæ commodum, ita eiuſdem mortiferum venenum, ac perniciosa lues vocari debet, ſi de fideli in infidelem, omiſſo ſui officij onere falſitatem committat, quare boni ſunt laudandi, veluti vrbium decus, & ornamentum ampliſſimum, mali vero ſunt penitus extirpandi, tamquam lethale venenum.

6 Primum enim, quod de iure prohibitum eſt, in legali Notario omiſſis alijs ex induſtria, quia de his nolo, hic peculiarem quæſtionem facere; ſed eam differo, ad quæſtion. 1500. quæſitorum, meæ praxis
7 ſiculæ; tangam ergo hic tantùm, & dumtaxat, quæ a notario abeſſe debent, tam ſecundum iura communia, quàm etiam ſecundum ſtatutaria Regni.

8 Et primum eſt falſitas, quæ committitur a notario negante actorum realem confectionem, iurium,& inſtrumentorum, & ſcribête verba alter, quàm ſint inter partes pactitata, vt Bald. & Angel. in l.fin. C. de edend.

9 Secundum eſt, ſi ſcienter vnum capitulum in inſtrumento omiſerit Bart. in l. Præsbyteri. C. de Epiſcop. & Cleric. & tenetur l. Cornelia.

10 Tertium eſt, quòd ſuſpectum reddit inſtrumentum Notarij, ſi ordinem, vel a lege, vel a canone ſeruandum, peruertit l. Prolatam C. de ſent. & interlocut. omnium iudicum, & in l. 2. §. prius.ff.de vulg. & pupill. Capitul. final. & ibi Gloſſ. & Doct. de Appell. quoniam ordo, figura vniuſcuiuſq. ſubſtantiæ rei eſt, Bald. in conſ. incip. ſchiſ-
11 matis, poſito in Rubrica, C. ſi quis aliquem teſtam. prohibuerit.

12 Quartum ſi inſtrumentum occultat, limitat ſi occultet parti aduerſæ, ſed hic intellige Notarium pro patrocinante, vt in textu noſtro, Bartol. in l.3.§.& poſſe ff. de tabul. exhib. alias, ſi non dat parti cuius intereſt, tenetur ad intereſſe. Bald. in l. qui
13 accuſare, C. de edend. vbi dicit tale intereſſe per iuramentum probari poſſe.

14 Quintum, qui ſcripturam falſam in ſuis actis redigit ſibi ab alio ad hunc effectum traditam, & receptam, Bartol. conſ. 199. lib. 1.

15 Sextũ, ſi in actis ſcribi permiſit, id, quòd actum non fuit, Bartol. in l. ſi quis obrepſerit. ff. ad l. Corneliam de falſ.

16 Septimum eſt, ſi Notarius, & Aduocatus, & Procurator ſcripturas vnius partis

alteri

alteri oſtendit, text. in l. 1. §. is. qui depoſitam, & ibi Bartol. & doct. ff. de falſis, & in l. 2. ff. de præuaricatorib. Florian. in l. in lege, §. ſed & ſi quis. ff. ad legem Aquil. a reliquis ſuperſedeo, quia prædicta ſatis modo eſſe dijudico ad reddendum ipſos nota-
17 rios accuratos. Cætera facientia ad hunc Ritum, de officio Prothonotarij, vide Pragmaticam 1. titul. 22. & quod Notarij debent habere priuilegium Regium, vel Proregium, vide etiam Pragmaticam 4. titul. 24. & ſuper his Antonium Ballum lib. 5. fol. mihi 224. num. 1. 2. 3. & 4. vide text.
18 & ibi Gloſſ. in l. final. in verb. cognoſcant, C. de iur. deliber. & deciſ. 262. de Franch. deciſio. 64. & 107. Auenion. Gaſpar. Theſaur. deciſio. 78. par. 2. & deciſ. 169 ſeſſe. & Boer. 118. in quibus multi caſus de Notarijs, deciſos habes, vide Conſtitution. Regni Rubric. 82. alias 80. libr. 1. cum ſequente.

Ad Capitulum CVIIII. eiuſque Commentarium obſeruatio centeſima nona.

1 CONCORDAT cum ſupradicto cap. 202. in verbo in omnibus tertis, & locis Regni. Vbique locorum Regni ſeruatur Ritus ſaluis priuilegijs locorum, & vrbium.

2 Primum dictum fundatur, quia Magna Regia Curia, eſt mater Curiarum, & ab eius obſeruantia cæteræ Curiæ inferiores dependent.

3 Secundum vero dictum nititur in ea ratione, quia priuilegia locorum non ſunt correcta per Ritum, vnde nulla exceptio impedit Ritum, niſi obſtet priuilegium aliquod alicuius loci, quia tunc impedit Ritum ex cuius fauore dicta priuilegia reſer-
4 uantur, ex verbo (ſaluis) hic poſito; Pro quo adde, & obſerua quòd Cumia hic cōmentatur verba vltima textus, quæ ſunt priuilegia tamen locorum, in eorum robore permanentibus, & ait, priuilegijs locorum ſaluis.

5 Pro quo dico quod clauſula ſemper ſaluis, & clauſula in eorum roboie permanentibus ſunt æquipollentes, quarum idem eſt robor, & virtus, & ab vno ad alterum valet argumentum.

6 Ex Euerardo in loco ab æquipollentibus paſſim fol. 629. Bartol. in Repet. Authenticæ hoc loco C. ſi ſecund. nupt. mulier, & Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in rubr. & Soccyn. conſil. 259. & æquipollentium idem iudicium, & in ſtatutis comprehenditur, & ſubauditur, æquipollens, ita notab. vult. Bart. in l. nemini. C. de Aduocat. diuerſorum iudic. ſufficit enim aliquid exprimi per æquipollentiam, eiuſdem rationis, & dicta de vno intelliguntur dicta de alte-
7 ro, Euerardus ibidem, per totum, & præſertim. nu. 3. 9 & 13. vbi ſupra.

8 Hinc ego addo, quòd vigore dictæ clauſulæ permanentibus, vel ſaluis priuilegijs locorum omnia ſunt illæſa, & Ritus non tangit ea; ſed remanent immunia. Oſaſcus, deciſ. 164. nu. 6. vbi interpretatur verbum ſaluis.

9 Adde, quòd hoc etiam ſi non eſſet expreſſum in hoc ſtatuto ſemper tamen per legem generalem, vel per ſtatutum generalie non eſſent ſublata priuilegia locorum, ſicut nec, & conſuetudines ſecundum gloſſam, & Doctores in l. de quibus ff. de legib. & per Bartol. & omnes in l. finali C. de teſtamen. & in l. 3. §. Diuus Adrianus ff. de ſepulch. violat. & per Anchar. capitul. 1. de Conſtitut. in 6. vide Baldum in l. 1. C. ne filius pro patre, & vide Gloſſ. in l. decurionibus C. de ſilent. & decurionib. lib. 12. & dicta per nos in hoc præſenti capitulo valent etiam ad CX. & vltimum.

10 Et quantum ad obſeruantiam Ritus, & quod id, quod in Mag. Reg. Cur. ſeruatur debeat vbique Regni, & in omnibus alijs Curijs ſeruari apparet vltra id, quod in præſenti capit. habetur ex infraſcriptis actibus Viceregijs, & prouiſionibus videlicet, quòd in Sacto Officio procedatur iuxta formam Ritus, & Capitulorum Regni, tenore ſequente; eſt ſciendum qualiter inter alia ca-
11 pitula ordinis circa expeditionem cauſarū Ciuilium, & Criminalialium affixa in Archiuio Sancti Officij Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & de ordine, & mandato Reuerendiſſimorum DD. de Galco, & Caiuaxal exſtat infraſcriptum capitulum tenoris ſequentis videlicet iuxta formam Ritus, & Capit. Regni in omnibus procedatur Vincentius Caſtella Magiſter Notarius.

Imo

Imo adeo hoc ſtat in viridi obſeruantia,
in omnibus Tribunalibus, quòd etiam fuit
prouiſum, quod Pragmatica ſummarie, &
de plano ſeruari debet in S. Officio, tenoris
ſequẽtis die 3. Septembris 5. Ind. 1576. fuit
prouiſum, & mandatũ per Reuerendiſſ. D.
Inquiſitorẽ Carauajal viuæ vocis oraculo,
ꝙ pragmatica nouiter edita ſuper mõ pro-
13 cedendi ſũmarie, & de plano ſola facti veri-
tate inſpecta in oĩbus cauſis. Data Pan. die
28. Auguſti 13. Ind. 1576. ſeruetur in S. Of-
ficio, & iuxta eius ſeriem, in omnibus cauſis
vertentibus, & vertendis in dicto S. Officio
tàm Ciuilibus, quã Criminalibus procedatᷣ
vnde, &c. ſol. Cãnella Magiſter Notarius,
& die 17. Octobris 8. Indictionis 1550.
Panormi facit etiam pro dicta obſeruantia,
quòd in eodem Tribunali Sancti Officij in
14 appellationib. ſeruetur ſtylus, quòd ſerua-
tur in Mag. Reg. Cur. quia non obſtante
prouiſione, & ordine olim facto per quon-
dam Reuerendiſſimum Dom. Arnaldum
Albertinum Epiſcopum Pactenſem, & In-
quiſitorem in hoc Regno inter litigãtes in-
dubium refricatur, an in appellationib. re-
cipiendis, vel non, a ſententijs latis in hoc
San. Officio ſeruetur idẽ, quod in M.R.C.
ſeruari cõuenit, ideo Illuſt. & Reuerendiſſ.
D. Sebaſtianus Epiſcopus Pactenſis, & In-
quiſitor hæreticæ prauitatis in hoc Regno
Sicilię ad tollendum omne dubium, ꝙ inter
litigantes refricatᷣ, prouidet ordinat, & man
dat, ꝙ circa appellationes cauſarum deciſa-
rum in hoc S. Officio, an ſint admittẽdę, vel
nõ de cætero ſeruetur illud idem, ꝙ ſeruatur
in M. R. C. huius Regni nõ ſunt appellabi-
les, vel ſunt appellabiles pariformiter deci-
ſę, in hoc S. Officio, itẽ nota ꝙ circa appella
tiones recipiendas, & an ſint, vel nõ ſint ap-
pellabiles ſeruatᷣ in oĩbus, & per oĩa ꝓut in
M. R. C. ſit vnde de mandato dicti Illuſtr.
& Reuerendiſſ. Dñi Epiſcopi Pactenſis in
continenti facta eſt pręſens nota pro maiori
declaratione dicti actus facti ꝑ dictum D.
Epiſcopum Pactẽſem Inquiſitorem, in hoc
Regno, ex actis S. Officij Inquiſitionis, vt
15 conſtat, & cætera. Adde ẽt, ꝙ imputet illa
clauſula, ex certa ſcientia, apoſtillã ad Iaſo.
in l. ſi dari ad fin. ff. de verb. oblig. & Deci.
in l. in totum oĩa ff. de reg. iur. & data ꝑ iſtũ
Ritum ſunt de forma ſubſtãtiali, & ſi ſecus
fiat, actus corruit, idem Deci. conſ. 10. &
hic ſunt multa verba geminata, & habentia
clauſulam decreti annullantia.

Ad Capitulum CX. eiuſque Cõmentariũ obſeruatio cẽteſima decima, & vltima.

FINIS enim eſt corona operis ſine
quo oĩs actio fruſtra incipit, & malè
mediat, quare Magnus ille Alphõſus
Rex iure optimo præfinit Ritũ, & eũ priui-
legijs inuiolabilis obſeruantię cumulat, ex-
ornatq; in hoc vltimo ſtatuto, in quo con-
cludit, ꝙ Ritus forma dẽt ad vnguẽ ſeruari,
pro quo vide, quę ipſe Cumia ſupra dixit in
proemio, ſeu Rubrica; ſed ex nobis aduerte
2 in capitulo hoc, Cumiã notare, ꝙ Reges da
ti ſunt à Deo populis ad malorum vindi-
ctam, & ad bonorum laudem.

Adde tamen in verbis textus, quę bis ge-
minantur, videlicet in principio, mãdamus,
de certa noſtra ſcientia, & expreſsè, & pro-
pè finem Capituli, ibi cum ſit oĩno ex certa
noſtra ſcientia, ac deliberate, & cõſulte ob-
ſeruari volumus, & iubemus, ex quibus ver-
bis apparet robur p̃ſentis Ritus; etenim ad
3 prędicta adduci volo ea, q̃ dicit Grãm. vot.
32. & Marc. q. 806. n. 6. vide Deci. cõſ. 516.
nu. 8. & 13. & in pũcto ſtatuti, quid d. clau-
ſula operetur, vide Grauett. conſ. 182. n. 13.
& fin. conſ. 241. Dec. conſ. 198. Menoch. de
arbitr. q. 52. n. 9. vide Bart. conſ. 196. lib. 1.
4 n. 3. & hęc oĩa, eorumq. ſingula, libẽter ſub
cẽſura eccleſiaſtica ſubijcio, atq. ſubmitto,
vt in pricipio operis pariter ꝓteſtatus ſũ, ac
ẽt id ipsũ prudenti, ſanoq. conſilio nobiliſ-
ſimæ ſcientiæ legũ peritorũ limari non de-
dignor, in reliquis vero, ſi in his paruis nr̃is
5 vigilijs aliquid boni eſt; debetur ſoli gloria
Deiparæ; ſin autẽ aliquid mali offenderit,
meę tribuatur tenuitati: Tu vero optime le-
ctor, ſicut amaris, ama; & ſcias has noſtras
lucubrationes eſſe tãquam quẽdam riuolũ
ex limpidiori, ac copioſiore praxis nr̃æ ſicu-
læ fonte cadẽtem, ad irrigandũ hunc amæ-
niſſimũ Cumiæ Cãpũ, ſuper Ritu; qui Cu-
mia, quaſi renatus denuo in lucẽ venit, feli-
ci auſpicio in publicũ Doctorũ virorũ aſpe-
ctum, vt reuideatur, eiuſq; & meos labores
boni conſulas, & benè valeas.

Laus Deo, & Gloria Deiparæ, & D. Aga-
thæ meæ Conciui Panormitanæ
Glorioſiſſimæ.

PROTESTATIO
AVCTORIS AD LECTOREM.

PRæſtantiſsime lector, non poſsum magna non affici moleſtia, dum has meas elucubrationes ſub nocturno ſilentio, omni, qua potui diligentia, e conatu perpolire curaui, vt ab omni, etiam minimo errore præcauerem, vt non ſolum dignum eſſet opus ex ſuæ doctrinæ meritis, ſed etiam ab omni labe ortographiæ, & inconcinnitatis tuis videndum oculis, manibuſq; peruolutandum exhiberetur; verùm enim vero conditio typographiæ, eiuſq; qualitas ſemper extitit, vt ſine errore nihil poſset cudere, vt eſt axioma, quo ſe excuſant typographi, quapropter, vt noſtrum præſens opus expurgatum tibi, vt potis eſt traderetur; quamdam ordinaui errorum tabellam; in qua, ſi inter legendum in aliquod incideris, per quod offendaris; ad eam recurrere poſsis: quòd ſi alia superſint errata, quę ab oculis fortè exciderunt, & non eſſent animaduerſa; tu, qua polles eruditione benignè, & amicè corrigas. Itaq; interea ex noſtra tenui ingenij penu, his fruaris laboribus: meliora, & candidiora in dies expectans: Vale, & viue.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX NOTABILIVM RERVM, CONCLVSIONVM, ET VOCVM,

Quæ in hoc opere noſtro, Solis Ritus diſpoſitæ ſunt, tali ordine eſt cõcinnatus, quòd primus numerus obſeruationem, ſecundus autem numerum, tertius denique folium demoſtrat; cur autem in principio, ſeu verticè ſingularum obſeruationum, nullum præfecimus ſummarium, cauſa fuit, ne actum ageremus, eadem pluries repetendo, quòd tamquã ſuperfluum omninò eſt fugiendum, eadem ratione, & Iure, qua proteſtati ſumus in repertorio de contrario Imperio; nota tamen, quòd nos in hoc Indice Solis Ritus in notando ſumus parci, nimirum digniora, & ſelectiora tantum ponentes, reliqua autem minuſcula prorſus ſilentio relinquimus, ea remittendo ſtudio accurati Lectoris; quandoquidem ea, quæ indicamus hic ſummario modo, & non diffusè deſcribimus, ea ratione, quia hoc volumen breuitati pro modo conſecramus, cum aliàs in immenſum illud, ſi placuiſſet, creſcere facere potuiſſemus. In fine enim huius indicis reponitur tabella errorum, qui ex temeraria manu Typographorum, vel ex aliorum inuidia acciderunt præſentis Operis candori, ſed parum obſunt, quia ſunt Cenſoris munera grata ſui.

A

AVCTOR in præſenti Opere per totum multos Canones, multaſque Leges profunda, & exacta interpratatione aliàs recondita aperit, & interpretatur, vt legenti per ſe patet.

Idem Auctor agit de cauſis criminalibus, tam de his, quæ ſummariè, quàm de his, quæ ordinariè tractantur, obſer. 46. & obſer. 47. mira breuitate, & nouo candore, fol. 89. & 97.

A titulo de in ius vocando omne iudicium incipit, obſer. 1. nu. 7. fol. 3.

Auctoris ſententia, atque diſtinctio de confeſſione ſpontanea, & coacta eadem nu. 18. fol. 4.

An Citatio per proclama fieri poſſit, & in quo caſu, & plures limitationes, & fallentias fere per infinitos caſus eadem nu. 22. & ſeq. fol 4. & nu. 25. & ſeqq. fol. 5.

Auctor interpungit multa neceſſaria ad Cumiam, obſer. 2. nu. 3. fol. 7.

An opinio Legiſtarum ſit verior, & cõmunior opinione Canoniſtarum circa immiſſos ex actione reali, & perſonali, habetur obſer. 2. nu. 23. fol. 9.

An poſſidens iure retentionis compenſet fructus cum ſorte, & capitale debiti, obſer. 2. nu. 24. fol. 9.

Actori per reum ſolui debent ſtatim liquida expenſæ, ſecus autem ſi illiquida, obſer. 2. nu. 29 fol. 10.

Articulus an admitti poſſit poſt terminum ante concluſionem in cauſa obſer. 3. nu. 13 fol. 11.

Attentata poſt concluſum in cauſa ſunt reuocanda, & id quomodo fiat clarè, & ſtabilitè deciditur permiſſiue, obſer. 3. nu. 18. fol. 12.

Auctor ferè omnia noua nouo modo obſeruat in præſenti Sole Ritus, & aliena non tranſplantat, obſer. 4. nu. 4. fol. 12.

An in cauſis ſummarijs detur appellatio vti ſunt in poſſeſſorio ſummariſſimo, vide obſer. 4. nu. 10. & ſeqq fol 13.

Actio hypotecaria competit inſolidum etiam contra vnum ex pluribus heredibus, & ibi plures limitationes, obſer. 6. nu. 6. & 9. fol. 14.

An detur via executiua contra ſingularem ſucceſſorem, obſer. 6. nu. 15. fol. 14.

Adminiſtratio finitur morte, vel remotione, obſer. 8. nu. 9 fol. 17.

Aditio hæreditatis in dubio præſumitur, obſer. 8. nu. 35. fol. 18.

Abſtenſio hæreditatis non inducitur, niſi verbis expreſsis, obſer. 8. nu. 35. fol. 18.

Adire hæreditatem cenſetur quis adimplendo factū defuncti, & quomodo hoc adimplementum fieri debeat, obſer. 8. nu. 36 fol 18

Aditio hæreditatis non inducitur exiſtente proteſtatione hæredis, obſer. 8. nu. 39. fol. 19.

Actus factus in dubio ab eo, qui tàm hæreditario, quàm proprio nomine, cenſetur factus proprio nomine, obſer. 8. nu. 44. fol. 19.

Auctor defectus Cumiæ ſupplet ex amore, & obſeruantia, quem ſemper geſſit erga tantum Virum, obſer. 8. nu. fin. fol. 19.

Alleganti compenſationem, non debet denegari præſtatio duppli, obſer 9 nu 34. fol 20.

Actor petens multa in libello, & probans pauca, debet condēnari in expenſis, obſer. 10. n 17. fol 21.

Adiudicatio rei debitori non debentis, non eſt legitima obſer. 11. nu. 2. fol. 22.

Adiudicatio de bonis alienis facta ſcienter eſt nulla obſer. 11. nu. 4. fol. 22.

Adiudicatio facta vltra dimidiam iuſti pretij, hodie reſcinditur ex hodierna Praxi, obſer. 11. nu. 10. fol. 22. & 23.

Auctor facit contendere. Cap. 12. Ritus ſecundum ordinem Cumiæ, alias ab alijs ſicco pede peractū, cum alijs Capitulis Ritus in doctrina, & neceſſitate, obſer. 12. nu 31 fol. 25.

Auctor addit miram Theoricam & Praxim ad Cumiam, obſer. 14. nu 9 12 fol. 26.

Appellatur ab exceſſu in executione ſententiæ, obſer. 16. nu. 6 fol 29.

Appellari vtrum poſſit ab executione ſententiæ, vide obſer. 16. nu 4. fol. 29.

Auctor perfecte tradit obſeruationem ſuā ad Cap. 16. Cumiæ, & attingit ea, quæ prætermiſerunt ipſū Cumiam, obſer. 16. nu. 22. & 23. fol 30.

A ſententia ſimpliciter appellando, ſine verbis, dico nullam, & ſi qua eſt, ab ea appello, an deſerta appellatione ſit deſerta nullitas, vide obſer. 17. nu. 5. 6. & 7. remiſſiuè fol. 30.

Auctor pretioſa, quæque dicta Cumiæ exornat, reſoluit, & cōmodat, hortaturque lectorem beneuolū tanto labori eſſe. obſer. 17. nu. 14. & 15. fol. 31.

Appellans à ſententia, non intelligitur appellaſſe de expenſis, vide obſer. eadem, nu. 22.

Appellatio in dubio non cenſetur deſerta, & circa hanc materiam multa vtilia frequentia, & neceſſaria, vide obſer. 17. nu. 31. & ſeqq. fol. 32.

Appellatio præſumitur deſerta quoties rediens pro apoſtolis habuit reuerentialer, & infra decem dies non fecit committere cauſas; & eſt limitatio ad regulam ſecundum quam ſemper debet præſumi pro nō deſertione reliqua circa hanc materiā, vide obſer. 17. nu. 32. fol. 32 & limitationes ibid.

Appellatione deſerta non eſt deſerta cauſa nullitatis, licet aliàs appellatio, & nullitas æquiparentur, ibidem nu. 37. 38. & 39.

Auctor in obſer. 17. nu. 99 fol. 35 imponit coronidē Cap 17. quā nullus hactenus ex Siculis impoſuit.

An liceat emere in foro Cōſcientiæ bona, ſeu pignora confiſcata, quæ ſubhaſtantur per officiales in plateis, obſer 17. nu 102 fol. 35.

Apodixam faciens ad Tabulam, vel bancum, eaque accepta, ſi inde contingat decoctio, quid iuris, vide obſer. 22. nu. 36. fol. 46. & multa circa hanc materiam ibidem.

Appellatione pendente, quando ſuſpendatur executio, & in quo tribunali, & quo de iure obſer. 22. nu 6. & ſeqq. fol. 48.

An ſuſpendatur executio ſententiæ latæ contra expendentem falſam monetam, & quid contra falſificantes. obſer 22. nu. 9 fol. 48.

Appellatio vnius, prodeſt alteri, & quando id verum ſit, obſer. 21. nu 20. & 21 fol. 49.

A ſententia lata per M. R. C. licet denegetur appellatio, conceditur tamen ſupplicatio & in quā ſumma hoc liceat, vide obſer. 23 nu 2. 3 fol. 49.

Actionum in rem, quando vna ſit fortior altera, obſer. 32. nu. 13. & ſeqq. fol 62.

Actio hypotecaria, an competat inſolidum contra vnum ex pluribus hæredibus apud quem pars rei cenſualis reperitur, & limitationes ad hoc dictū, vid. obſer. 35. à nu. 29 ad final. fol 65. & 66.

Appellatio non datur à ſententia condemnatoria mercedis, obſer. 38. nu. 34 fol. 71.

Auctor promit it plura agere in orbe iuris ſtatuarij Regni Siciliæ in communi. & in particulari ſecundum omnium loca Regni obſer 38. nu. 39. fol. 71.

Auctor tenet fauorabiliter pro legatis relictis pro animabus ſanctiſſimi Purgatorij, & rationes nouas adducit obſer. 38. nu. 41. & ſeqq. fol. 71.

Articuli præſentati, & litteræ obtentæ de audientia teſtium ante concluſionem in cauſa, an non obſtante tali concluſione, debeāt admitti. & in quo caſu hoc procedat, vide obſer. 39. à n. 20. ad ſeqq fol. 77.

Articuli an poſſint admitti poſt terminū datum ante concluſionem in cauſa, obſer. 39. nu. 72. fol. 77.

Appellationi renuncianti, non licet aduerſus ſententiam ſupplicare ad Principem, obſer. 41. nu. 13. & ſeq. fol 85.

Appellatione prohibita, an cenſeatur prohibita reuiſio, vide obſer. 49. nu. 15. fol. 86.

Appellatione deſerta, an detur reuiſio, obſer. ibidē nu. 16. & 17. fol. 87.

Appellatio non datur in cauſis ſūmarijs in M. R. C. obſer 44. à nu. 1. & ſeqq. fol 87.

A ſententijs latis per M. R. C. non poteſt appellari, ſubuenitur tamē partibus per alia iuris remedia, de quibus vide obſer. 44. nu. 8. fol. 87.

Accuſatus

Accuſatus nō poteſt reaccuſare, & ubi fundetur hoc dictum, obſer. 46. nu. 7. & ſeq
Accuſans ſi moram fecit in non accuſando, eſt ſuſpectus. obſer. 47. nu. 5. & 6 fol. 97.
Accuſatione partium propoſita in cauſa, non licet amplius per partes tranſigi, quia his deſiſtentibus, ſubintrat Fiſcus obſer. 50. nu. 6 & 7 fol. 101.
Accuſatus ab uno conſanguineorum occiſi, an cum eo tranſactione facta, poſſint alij accuſare. & multa pulchra ad id contingentia, & practicabilia, vide obſer. 50. nu. 7. ad ſeqq nam hic breuitatis ergo plura notare nolui.
Actio quæ, qualis, & quotuplex detur contra furē domino rei ſubtracta, et quomodo obſ. 51 nu fol. 104
Actio criminalis quæ ſcit & quando ea limitetur obſer. 53. nu. 1. fol. 10
Accuſare poſſunt hi, quorum intereſt & limitationem ad hanc regulam, obſer. 54 nu. 4 & ſeqq. fol. 105.
Appellatio a ſententijs in M. R. C. latis, neque in ciuilibus, neq; in criminalibus datur obſer. 56. nu. 5. & 6. fol. 108.
Aggreſſor quis dicatur, & quibus coniecturis, vide obſer. 60. à nu. 17. ad ſeq fol. 113.
Accuſatus de delicto, de quo apparet ſanguinis effuſio, quo modo ſit tractandus de iure Regni, vide obſer. 64. à nu 2 & ſeqq. fol. 115.
Aduocatus an poſſit præſtare patrocinium Bānitis, vide obſer. 64. nu 17 fol. 116.
Adulterij materia, & occurrentes caſus ſunt, obſer. 72. per totam fol. 122.
Appellatione denegata in caſibus, de quibus Ritus, & Obſeruatio 74. an habeatur inuſtitia, vel iuſtitia Ritus.
Armorum delationis probibitio, obſer. 73 num. 1. & ſeqq. fol. 123
Auocationis cauſarum, quando, & quomodo fiat, vide obſer. 8 nu. 13. & ſeqq fol. 134.
Arbitrium iudiciarij arbitri, vel arbitratoris, & eius annexa connexa, & articulata, vide obſer. 84. à nu. 1. ad 7 fol. 134.
Appellatio non tam fundatur ſuper quantitate grauaminis, quam etiam ſuper Iudicis iniquitate, & iniuſtitia ſententia, obſer. 85 nu. 10. fol. 138.
Appellatio quando poſſit omiſſo medio, & non gradatim interponi, & per ſaltum ad Superiorem ſupremum, & multa circa hoc limitationes & amplicationes, & ultra, obſer. 85. à nu. 11. ad 22. & finalem, fol. 138.
Appellatio an ſit admittenda, cuius ſit cognitio Iudicis a quo, vel Iudicis ad quem & hoc tàm de iure communi, quàm etiam de iure Regni diſputatum, vide obſer 87. per totam. fol. 140.
Appellatio & grauamen, conueniunt, & differunt, & in quibus, vide ibidem nu. 14 & 15.
Auctor emendat Cumiā in multis, obſer. 87. per totam fol. 140.
Appellationis deſertio, habetur obſer 88. fol. 141.
Appellationis fatalia, quæ qualia, & quanta ſint, obſer. 88. nu 9 fol. 141.
Appellatione deſerta competit reuiſio, obſer. 88. fol. 141. & 142. nu 14 & ſeq.
Appellantis non ſoluentis intra ſolita ſolui, an appellatio ſit deſerta? obſer. 88. nu. 19 fol. 142.
Appellatione deſerta, an ſit deſerta nullitas? obſer. 88 nu. 25. fol. eodem.
Auctor non vult alienis pennis ſuas alas intexere, obſer. 88. nu 27. fol 142.
Antonius Lancea in eo quod ſentit contrarium Cumiæ in eo, quod Ritus 89 eſt conforme iuri communi, eſt ſine cuſpide lancea, obſer. 89. nu 6. 7. & ſeqq fol. 144.
Auctor declarat ſtilum ſuum, modum, ſiue ideam, quibus quandoque ſupplet, addit, ampliat, limitat, corrigit, & obſeruat Cumiam, obſer. 90. nu. 11. & ſeqq fol 145.
Appellationum materias, vide etiam obſer. 93. nu. 5 fol. 151.
Appellatione probibita, an ſit probibita reuiſio, vide obſer. 93 nu 14 fol. 151.
Aduocato iter habenti pro Domino debetur ſalariū, obſer. 96. nu. 6. fol 155.
Archidiacono an debeantur duplices diſtributiones, obſer. 96 nu. 8. fol. 155.
Abbas Panormitanus compoſuit Ritum mandante Inuictiſſimo Rege Alfonſo, obſer 106. nu 6 fol 164
Appellationis materia perbelle tractatur, obſer. 21. fol. 45. & ſeqq.

B

BAncherius ſi decoxerit, vide obſer. 21 num. 19. fol 46.
Beneficium inuentarij in quibus releuet hæredem, obſer. 27 à nu. 2. & ſeqq fol. 55.
Blaſphemantes quibus iuribus puniuntur, vide obſer. 54. nu. 14 fol 106.
Banniri, quando debeat accuſatus, & infra quod tempus, vide obſer. 64. à nu. 3. & ſeqq fol 115. & 116.
Bannitus, quibus bonis priuatur, & legalibus facultatibus diligenter rē deſinas videre, obſer. 64. à nu 22 ad ſeqq fol. 116 & 117.
Bannitorum receptator ſi ſit Clericus, an cōprebendatur ſtatuto, obſer 64 n. 29. & 30. fol. 116 & 117.
Banniendos aduerſus particularis eſt practica in Ciuitate Cathena, ut informor, & remiſſio habetur, obſer. 64 nu final fol 117.
Burſarijs ſeu ſeruientibus, quæ pedagia debeantur, obſer. 96 per totam; fol 155.

C

CAnones multi, & Leges per Auctorem in præſenti; tractatu profunda interpretatione ex-

 ponun-

ponantur, vt legenti per ſe patere poteſt; paſſim per totum opus.
Confeſſio facta coram Iudice incompetente ſicut, & qualibet alia nullitas non operatur, obſer. 1. nu. 10 fol. 3.
Confeſſio in iuditio tantarum virium eſt, vt habeat vim ſentētiæ, & rei iudicatæ in ciuilibus circa hoc ibidem multi caſus: obſer. 1. nu. 12. fol 4.
Confeſſio facta deliberato animo reuocare non poteſt eadem obſer. nu. 16 fol 4.
Confitens an venire poſſit contra ſuam confeſſionem, eadem nu. 19 fol. 4 & ibidem ampliatio in cauſa mutui per plures numeros ſeqq.
Citari quie non debet, vt compareat perſonaliter, quando liberum eſt citatum comparere per ſe, vel per procuratorem, eadem nu. 33. fol. 5.
Citatus à non ſuo Iudice comparere non tenetur, eadem nu. 35. fol. 5.
Citatio ex quibus conſtare debeat, ex requiſitis neceſſarijs, vide eadem nu final. fol. 7.
Curia excurrit materiam exceptionum dilatoriarum, & peremptoriarum, in cap. 2. & noſtra obſer. ad eum obſer. 2. nu. 2 fol. 7.
Citatio vnica ſatis eſt, quando eſt addiectum in ea verbum peremptoriè, obſer. 2. nu. 4 fol. 8.
Citatio peremptoria eſt, quādo Iudex admonet partem, & quomodo id intelligatur, eadem obſer nu. 5. fol. eodem.
Conſuetudo Panormitana eſt, quòd inter Ciues requiritur terminus ad peremptorias ſub pœna nullitatis, vbi Muta præclariſsimus Conciuis noſter obſer. 2. nu. 6 fol. 8.
Ceſsio bonorum principali conceditur, non fideiuſſori. obſer. 2. nu. 17. fol. 9.
Creditor, quo remedio debeat vti ne fructus ex re penes ſe exiſtente non compenſet cum capitali debiti, obſer. 2 nu. 25 fol. 10.
Contumacia aperta Actori datur maxima facultas procedendi contra reum, & qualis debeat eſſe iſta contumacia, vide obſer. 2 nu. 26. fol. 10.
Contumax tam verus, quàm fictus non auditur, niſi refectis expenſis obſer. 2. nu. 30. fol 10.
Citatio requiritur ad concludendum in cauſa, & ſolum trahitur ola ſentētia, & cauſa concluſa omnibus probationibus, & exceptionibus decantatur vltimum vale, obſer. 3. nu. 1. fol. 10.
Concluſio non debet reuocari, niſi iuſta de cauſa, obſer 3. nu. 5. fol. 11.
Concluſio in cauſa, eſt mera interlocutoria, & non poteſt reuocari ſine Principis reſcripto, vel prouiſione, obſer. 3. nu. 5, fol. 11.
Curia deficit in Articulo Concluſionis in cauſa, obſer. 3. nu. 6. fol. 11.
Concluſiones in cauſa materia habetur remiſſiuè, obſer. 3. nu. 9 fol. 11.
Concluſione in cauſa omiſſa, non vitiatur ſententia, obſer. 3. nu. 10. fol. 11. & ibidem in criminalibus.
Concluſio in cauſa impedit inſtrumentum productionem. ſed an poſt concluſum in cauſa poſſit dari ter minus ad comprobandas ſcripturas? vide obſer. 3 nu. 11. fol. 11.
Clauſula ſalua ſcripturarum productione, an comdat ſcripturas priuatas, obſer. 3 nu. 14. fol. 15.
Concluſione in cauſa facta cum clauſula, ſaluo iure producendi, quid operetur, vide obſer. 3. nu. 15. fol. 11.
Concluſio in cauſa, an ſit neceſſaria in beneficialibus vide obſer. 3. nu. 16 fol. 11.
Cauſæ ſummariæ procedendi modus, non tollit, quin procedatur cauſa cognita, ſaltem per aliquē actū æquiualentem libello, & litis conteſtationi, obſer. 4. nu 6. fol. 12.
Cauſa ſummaria ſolùm facit, quòd alterentur termini, non autem ſollemnitas iuditiaria, niſi obtineatur, quòd procedatur ſine ſtrepitu, & figura iuditij obſer. 4. nu. 6. fol 12.
Conſilia ſapientum ſunt neceſſaria Principi, obſer. 5 nu. 1. fol 13.
Contra fideicommiſſarium, an agi poſſit via executiua? obſer. 6. nu. 13. fol. 14.
Contractus aliqui de iure communi, ēt habent executionem paratam, obſer. nu. 7 fol 16. & ſeqq. vbi habentur limitationes, & ſublimationes.
Ciuilis mors, ſi habet effectum mortis naturalis, ei æquiparatur, & verbum mors æquiparatur naturali, & verificatur de ciuili. obſer. 8. nu. 11. fol. 17
Condemnati ad Triremes poſſint ne teſtari? obſer. 8 nu 20. & 21 fol 17.
Condemnati ad Trimes de licentia Principis. & poſſunt teſtari, & eorum teſtamentum valet obſer. 8. nu. 22 fol 17 & 18.
